BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
55
9 K
G 345

Digitized by Google

Domus ... Rom. Soc. Jesu Bibl. Comm.

DE INDIVIDVO SANCTISSIMAE TRINITATIS MYSTERIO.

TRACTATVS SECVNDVS.

Auctore

AVGVSTINO OREGIO,

Pontificijs Eleemoſynis generali Præfecto,
Sanctiſsimi Domini Noſtri VRBANI Octaui Theologo,
& Intimo Cubiculario, Baſilicæ Vaticanæ Canonico,
Sanctæ, ac Vniuerſalis Romanæ Inquiſitionis
Conſultore.

CVM PRIVILEGIO.



ROMÆ, Ex Typographia Reu. Cameræ Apoſt. MDCXXX.

SVPERIORVM PERMISSV.

SANCTISSIMO
DOMINO NOSTRO
VRBANO VIII.

AVGVSTINVS OREGIVS
Beatiſſimis pedibus prouolutus S. F.

BEATISSIME Pater. Romano Pontifici vniuerſalis Eccleſiæ Paſtori, atque Rectori ad erudiendam plebem, ad confirmandos, qui de Eccleſiæ ſunt ſenatu, Epiſcopos, credita eſſe eloquia Dei, ex Scripturarum veritate orthodoxæ Fidei recipiunt Patres, declarat vniuerſalis Eccleſiæ conſenſus, in œcumenicis etiam Synodis expreſſus, comprobat integra, intacta, illibata in Petro, ac eius Succeſſoribus,

& vſque in hanc diem in te conſeruata Fides. Quem tota Eccleſia Paſtorem, atque Doctorem agnoſcit. Quare non te ad alienum opus vocauero, ſi ad ſacros pedes venerabundus accedens, quem de ineffabili Sanctiſsimæ Trinitatis myſterio Tractatum, meo muneri ſatisfacturus, ſcripſi, Sanctitatis tuæ iudicio ſubmittens, offeram; qui, cum a ſacris Conſultationibus ad minuendos labores tibi diu adfuerim, toties expertus ſum, quàm meliora fecerim poſt Sanctitatis tuæ oraculum, quæ priuatis ſtudijs, iudicium tuum ſubitura, diſpoſui; ſemper ad mea placita relinquenda paratus: ſciens non poſſe non eſſe vera, quæ ex cathedra docens, atque definiens Summitas Theologorum, Romanus Pontifex credenda proponit.

I N-

INDEX CAPITVM, ET QVAESITORVM huius Tractatus.

Caput Primum. De Proceſsione Diuinarum Perſonarum. *pag.* 3

Quæſ. 1. An dentur Proceſsiones in diuinis. pag. 3

Quæſ. 2. An aliqua proceſsio in diuinis ſit generatio. 9

Quæſ. 3. Ex quarum rerum cognitione procedat Verbum. 19

Quæſ. 4. An detur alia proceſsio in diuinis a proceſſione Verbi. 27

Quæſ. 5. An proceſsio, qua Spiritus ſanctus a Patre, & Filio conſubſtantialis procedit, ſit verè generatio. 31

Quæſ. 6. An ſint plures proceſsiones in diuinis, quàm duæ. 35

Caput II. De Relationibus diuinis. 45

Quæſ. 1. An in Deo ſint aliquæ relationes reales. 45

Quæſ. 2. An relatio in Deo ſit idem, quod ſua eſſentia. 47

Quæſ. 3. Quot ſint in Deo Relationes. 59

Caput III. De Perſonis Diuinis. 65

Quæſ. 1. Per quid conſtituantur diuinæ Perſonæ. 70

Quæſ. 2. De numero diuinarum Perſonarum. 75

Caput IV. De Perſona Patris. 89

Quæſ. 1. An Pater ſit principium Filij, & Spiritus ſancti. 89

An

Quæſ. 2. An hoc nomen, Pater, ſit propriè nomen diuinæ Perſonæ. 93
Quæſ. 3. An hoc nomen, Pater, prius dicatur in diuinis ſecundum quod perſonaliter ſumitur. 95
Quæſ. 4. An eſſe, Ingenitum, ſit Patri proprium. 98

Caput V. De Perſona Filij. 101
Quæſ. 1. An Verbum in diuinis ſit nomen perſonale. 102
Quæſ. 2. An nomen imaginis in diuinis ſit proprium perſonæ Filij. 108

Caput VI. De Perſona Spiritus ſancti. 110
Quæſ. 1. An hoc nomen, Spiritus Sanctus, ſit proprium nomen alicuius diuinæ perſonæ. 111
Quæſ. 2. An Spiritus ſanctus procedat à Filio. 112
Quæſ. 3. An Spiritus ſanctus procedat a Patre per Filium. 117
Quæſ. 4. An Pater, & Filius ſint vnum principium Spiritus ſancti. 121
Quæſ. 5. An amoris nomen ſit proprium Spiritus ſancti. 125
Quæſ. 6. An Pater, & Filius diligant ſe Spiritu ſancto. 129
Quæſ. 7. An Donum ſit proprium nomen Spiritus ſancti. 132

Caput VII. De Notionibus Diuinarum Perſonarum. 136
Quæſ. Vnicum. Quotuplex in diuinis ſit Notio. 136

Caput VIII. De Miſsione Diuinarum Perſonarum. 143
Quæſ. 1. An vna Diuina Perſona dici poſsit mitte-
re

re aliam, vel ab alia mitti. 144
Quæſ. 2. An diuinis Perſonis conuenire poſsit mitti per modum conſilij, aut imperij. 147
Quæſ. 3. Quibus Perſonis conueniat inuiſibiliter mitti. 151

Caput IX. Quæ voces vitandæ ſint, quibuſvè vtendum in hoc ineffabili Sanctiſſimæ Trinitatis Myſterio. *156*



OPus hoc DE INDIVIDVO SANCTISSIMAE TRINITATIS MYSTERIO Perilluſtris, ac Reuerendiſsimi D. mei AVGVSTINI OREGII, quod Reuerendiſsimi P. Nicolai Riccardij Sacri Palatij Magiſtri auctoritate perlegi, digniſsimum cenſeo, quod in lucem publicis commodis emittatur. Ne ex viris doctis quemquam, præcipuè Principes, varijſq; implicitos curis, lateat, in tanta obſcuritate Myſterij, in quo (vt Beati Auguſtini verbis vtar) omnium periculoſiſsimè erratur, promptam ſibi eſſe, ſecuram, ſucciq; plenam eius explicandi rationem: vbi inoffenſo ad Catholicam veritatem pede, ſumma cum ſcriptionis breuitate, nec diſpari claritate decurritur. Cuncta demum vidi tanto Auctori conſentanea; quem meritò Sanctiſsimus, idemq; ſapientiſsimus D. N. VRBANVS VIII. ſibi & Theologum aſciuit iam pridem, & a ſacris conſultationibus non ſine magna eius laude in Eccleſiæ bonum inſeruire voluit.

Ita ſentio Stephanus Bubalus de Cancellarijs Societatis Ieſu Sacræ Pœnitentiariæ Theologus Conſultor.

Imprimatur ſi videbitur Reuerendiſs. P.Mag. S. Pal. Apoſt.

A. Epiſc. Bellicaſtren. Viceſg.

CLariſsimi Diuinorum Interpretis de Ineffabili Sacroſanctæ TRINITATIS MYSTERIO, orthodoxa, & eruditiſsima lucubratio, quam ipſe, modeſtia incomparanda, non præſcriptæ ſolum, & publicæ, ſed priuatæ etiam, & amicæ cenſuræ, ſumma animi demiſſione ſubiecit,

Imprimatur.

Fr. Nicolaus Riccardius Sacri Pal. Apoſt. Magiſter.

TRACTATVS SECVNDVS.

DE INDIVIDVO Sanctiſsimæ Trinitatis Myſterio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

HVMANAE mentis, atque intelligentiæ rationem ſecutus, qua inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, Fidei lumine (quod præcipuè iis verbis, EGO SVM QVI SVM, Exodi 3. mentibus noſtris illuxit) pandente viam, ac dirigente iter; de Deo vno Tractatum abſolui: quem multis religione, ac doctrina conſpicuis probatum intelligens: Secundum, qui eſt de ineffabili Sanctiſſimæ Trinitatis myſterio, Tractatum in lucem profero.

ad Rom 1r. S.Baſilius l.1. con. Eunom.

In quo naturæ lumen ſequi volentes, quot, quantaſq; difficultates, ac pericula ſubeant, Cherinti, Sabellij, Marcionis, & Arij caſus docet; qui tot ſeculorum decurſibus Eccleſiam exercuit, & vtinam non vexet adhuc.

Verum contra ſupra fundamentũ Apoſtolorum, & Prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu ſuperædificati lapides, [a] Dionyſius, [b] Athanaſius, [c] Chryſoſtomus, [d] Hieronymus, [e] Ambroſius, [f] Auguſtinus, [g] Gregorius, multiq; alij, quos pari honore veneratur Eccleſia, timentes, ac trementes ad tam reconditum arcanũ, ac ſublime myſterium venerabundi cum acceſſerint, quàm humilem de ſe debeant habere conceptum, qui Deum vnum, ac trinum, mente adhuc corporis inuolucris detenta, adire debeant, exemplo demonſtrarunt. Nec verendum eſt, ne timor profectum cæleſtis diſciplinæ retardet: Vbi [h] enim Magiſter eſt Deus, cito diſcitur, quod docetur.

Sanctorum igitur Patrum veſtigia ſequentes, ad noſtræ Fidei dogmata comprobanda, ex ſcripturis, atque traditionibus argumenta ſumemus, & ex ijſdem difficultates, quæ in contrarium adducuntur, diluere conabimur. Omnis [i] enim ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia: vt perfectus ſit Homo Dei ad omne opus bonum inſtructus. Quod vt conſequamur, a proceſſionibus exordium ducimus.

Ad Epheſ. 2.

a c.1. & 2. de diu. nom.
b De naturali cõmunione ſimilis eſſentiæ int. Patré &c. & ad Serapionem.
c Hom. 1. de incõprehenſibili Dei natura c.5.
d in epiſt.57. ad Damaſum. Quoniam vetuſto.
e L. 1. de Fide ad Gratianum in prol.& c.5. & lib. de Fide con. Arianos cap.6.
f Lib. 1. de Trin.c.1.2. & 3. & l. 9. c.1. & ſerm. 1. de S.Trin.c.10.
g l.23.moral. in c.33. Iob.
S. Baſil. Hom. de Fide.
S.Hilar. l. 12. de Trin.
S. Greg. Naz. or. 13 de pace, & orat. 23.
S. Cyrill. l. 3. de Trinitate.
S.Damaſc.l.1. orth. fid. c. 2.
S. Bernardus ſerm. 1. in Feſto Pẽtecoſtes c.1. & l.5. de conſid c.8.
h S. Leo ſer. 1.de Pentec.
i 2.ad Tim.3.

CA-

CAPVT PRIMVM.

DE PROCESSIONE Diuinarum Perſonarum.

CVM non poſſit intelligi qua ratione diuinæ perſonæ, quæ ſunt [a] ſubſtantia, & eſſentia maxime vnum, ſint relationibus, ac relatiuis proprietatibus, ſeu perſonalitatum proprietate diſtinctæ abſque proceſſione vnius perſonæ ab alia: Hinc fit, vt rem hanc totam explicaturi, cum S.Tho. à proceſsionibus initium ſumpſerimus: de quibus,

a Cóc. Later. ſub Innoc. 3. cap. firm. de ſumm. Trin. & Fide Cathol. Concil. Tolet. 4. 6. & 11. S. Dionyſ. c. 2. de diu. nom. S. Baſil. l. 1. & 2. cont. Eunomium. Nazianz. orat. 13. de Pace, 21. 23. 25. 37. & 51. S. Hier. ep. 57. ad Dam. Quoniam vetuſto. S. Aug. ſerm. 1. & 6 de S. Trinit. l. 10. & l. 8. de Trin. c. 4. S. Damaſc. l. 1. orth. fid. c. 8. 9. & 11. S. Bern. l. 5. de conſid. c. 8. S. Thom. 1. p. q. 39. art. 5. ad ſecundum.

QVÆRITVR PRIMO.

An dentur proceſsiones in diuinis.

RESPONDETVR dicendum. In diuinis dantur proceſſiones.

Id autem, notum fiet, ſi vnam perſonam ab alia procedere probauerimus; quod hac ratione confici poſſe videtur.

b S. Aug. trac. 31. in Ioan. Beda in c. 7. Ioan. c. 5.

Vnam perſonam procedere ab alia

nihil eſt aliud, quàm vnam perſonam eſſe ab alia.

At Filium eſſe a Patre, expreſſa ſunt verba Chriſti Ioannis 7. qui de Patre loquens, dixit; Ego ſcio eum, quia ab ipſo ſum: quem locum de æterna Filij a Patre proceſſione explicant[a] Patres.

Ioannis 5. vbi Pater dicitur dediſſe Filio habere vitam in ſemetipſo, ſicut Pater in ſemetipſo vitam habet. Quibus verbis demonſtratur, ita Filium procedere a Patre, vt ſit Deus; habens vitam in ſemetipſo; qui, ſicut Pater, non ſolum viuere, ſed & vita[b] eſſe dici poſsit; qui cum per eſſentiam exiſtat, eſt Deus[c] verus, de Deo[d] vero, conſubſtantialis[e] Patri, per quem omnia facta ſunt.

[f] Conſtat ergo in diuinis vnam perſonam vti Deum ab alia procedere. Quod verum eſſe non poſſet, niſi in diuinis darentur proceſſiones.

Non obſcurè etiam id probant eiuſdem Chriſti verba apud Ioannem cap. 8. Ego ex Deo proceſſi. Quem locum intelligendum eſſe de æterna Filij generatione interpretantur S.[g] Auguſtinus, &[h] Beda.

Ad idem probandũ adducitur illud Ioannis 15. vbi dicitur. Spiritus a Patre procedere; qui cum a Filio[i] mittatur ita, vt de eo, quod eſt Filij accipiat; ab eodem etiam Filio

a S. Aug. trac. 31. in Ioan. Beda in c. 7. Ioan. t. 5. S. Thom. p. p. q. 27. art. 1.
b Ioann. 5. 6. 11. 14.
c Cõc. Nicænum, & Conſtantinop. 1. in in ſymbolo Fidei. S. Athanaſ. in epiſt. ad Epictetum contra Hæreticos in expoſit. Fid. S Baſil. l. 1. & 2. cont. Eunomium. Nazianz. oratione 23. S. Cyril, Alex. lib. 1. Theſ. c. 1. & c. 7.
d S. Auguſt. Tract. 31. in Ioan. Beda in c. 7. & 8. Ioan. t. 5.
e Cõc. Later. ſub Innoc. 3.
f Naziãz. or. 37. S. Hilar l. 3. de Trin. S. Baſil. hom. de Fide. Beda in c. 8. Ioan. S. Thom. p. p. q. 34. art. 3. ad primum. Bellar. in Cathechiſmo.
g Tract. 42. in Ioan.
h In cap. 8. Ioan. t. 5.
i Ioan. 15. & 16.

lio dicendus eſt procedere : nam modo explicato vna perſona non [a] mittitur ab alia, niſi ab illa procedat.

Ibi enim de Spiritu ſancto loquens Filius, dicit. Quia [b] de meo accipiet. Non poteſt autem Spiritus ſanctus quicquam de Filio accipere, niſi ab ipſo procedens, totam eius ſubſtantiam, naturam, atque eſſentiam accipiat; quæ cum ſit maximè vna, & indiuiſibilis; non poteſt quicquam ipſius communicari, quin tota communicetur, vt habetur in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III [c].

Procedit ergo Spiritus ſanctus a Filio in vnitate naturæ, ſubſtantiæ, ſeu eſſentiæ.

In Scripturis autem ſi diuinarum perſonarum proceſſionem notatam intelligis præſenti, præterito, aut futuro tempore : id ſcias a Deo factum eſſe, vt intelligeremus in ipſo omnia eodem modo ſe habere, ſimulq; ſemper a Patre genitum Filium, ac generari; eodemq; modo Spiritum ſanctum a Patre, & Filio abſque viciſſitudinis obumbratione, aut defectu, qui aliquo tempore notetur, & ſine vlla proceſſionis ſucceſſione æternitati repugnante, ſemper procedere, ac proceſſiſſe.

Hanc veritatem ſic eſſe intelligendam, Eccleſiæ etiam definitione ſancitum eſt in Concilio Nicæno primo, & Conſtantinopolita-

S.Hilar.l.8.de Trinit. paulo poſt initiom. Beda t.7.homil. æſtual. de tẽpore in Ioan. c.15.
a S.Aug. l.4. de Trin.c.20. poſt medium. S.Thom. p.p. q.3.art.1.2.& 4. in corp. & ad ſecundum. Bellar. l.2. de Chriſto c.22.
b Io.16. S.Dionyſ.c.13. de diu. nom. S.Baſil.lib 1 & 2.cõt.Eunom. S. Damaſcen. l.1. Orth.Fid. c.2.6.7.& 8. S.Thom. p. p. quæſt.3.art.7. Bellar. t.1.cõtron. lib.2. de Chriſto c.22.
c cap. Firmiter, & c.Damnamus de Sũma Trin.& Fide Catholica. Ioan. 5. 7. 8. 15. & 16. ex Baſil.l.2. con. Eunom. S. Aug.tract. 39. in Ioan. S.Greg. l.23. in c.33. Iob. Beda t.8. in lib. Boetij de Trinitate. Bellar. l.2. de Chriſto c.22.

litano primo in Fidei Confeſſione, quibus in Spiritu ſancto legitimè congregati, ſubſequentibus a Sinodis, in Fidei ſaltem præmiſſa profeſsione, adhæſerunt Patres.

Idque & Orthodoxæ Fidei Patrum volumina; Et huius ſacræ diſciplinæ Profeſſorum publicæ prælectiones, ac ſcripta comprobant.

Quod præterea ratione ſuadetur. Quia ſi vna perſona in diuinis non procederet ab alia, nulla eſſet ratio, aut fundamentum diſtinguendi vnam perſonam ab alia.

Cum in b diuinis nulla ſit diſtinctio, vbi non eſt relatiua oppoſitio. Quod & ſi Patres ijſdem verbis non ſemper aſſerant; idem tamen ex eorum dictis manifeſtè colligi poteſt, atque deduci.

Non eſt autem relatiua oppoſitio, niſi ob proceſsionem c vnius perſonæ ab alia.

Ergo in diuinis datur proceſſio vnius perſonæ ab alia.

Dum

a Concil. Romanum 3. ſub Syluestro Papa. Concilīū Tolet. 1. 2. 6. & 11. & Cõc. Vuormatiēſe. Conc. Epheſinum. Concil. Chalcedonēſe. Quinta Synod. General. Concil. Rhemenſe 2. ſub Eugenio III. Concil. Lateranēſe ſub Innocentio III. Concil. Lugdunenſe ſub Gregorio X. Concilīū Florentinum ſub Eugenio IV. & Concilīū Tridentinum. S. Dionyſ. c. 1. 2. & 13. de diuin. nom. S. Cyprian. in præfatione ad Corneliū Pap. S. Athan. epiſt. con. Hæret. in expoſit. Fidei S. Damaſc. l. 1. Orthod. Fidei c. 2. 6. 7. & 8 S. Baſil. l. 1. & 2. con. Eunom. & hom. de Fide. S. Hilar. l. 2. & 3. de Trin. S. Epiphan. l. 2. con. Hæreſes hæreſi 67. S. Ambroſ. lib. 2. de Fide cap. 4. S. Hieron. in cap. 4. ad Epheſ. & ep. 57. ad Damaſum. S. Aug. de Ciu. Dei lib. 11. c. 10. S Leo ſerm. 1. 2. & 3. de Pētec. S. Greg. in Symbolo, & lib. 30. in c. 38. Iob. Magiſter in primo diſt. 5. & 9. S. Tho. 1. p. q. 27. art. 1. Scot. l. 1. diſt 13. quæſt. vnica. Bellar. t. 1. controu. l. 2. de Chriſto c. 6. b Concil. Later. ſub Innoc. III. c. Firmiter. Concil. Tolet 11. S. Dionyſ. c. 2. de diu nomin. S Athan. l. 2. de propr. perſon. ad Theophilum. S. Baſil lib. 1. & 2. con. Eunom. Nazianz. orat. 23. 25. & 37. S. Aug. ſer. 1. & 6. in feſto S. Trinitatis t. 10. S. Hilar. lib. de Synod. Cyrill. Alex. lib. 3. Theſaur. c. 1. & 8. lib. 12. c. 13. lib. 7. c. 1. & in Ioan. l. 11. c. 3. S. Leo ſer. 1. & 3 de Pentec. Boetius lib. 1. de Trin. c. 12. S. Damaſc. l. 1. Orthod. Fid. c. 2. S Bern. l 5. de conſid c. 7. & 8. S. Tho. 1 p. q. 28. art. 3 q. 30. 2. 2. q. 32. art. 2. & 3. q 36. art. 2, & 4. q 37. art. 2. q. 42 art 6. Bellar. l. 2. de Chriſto c. 22. c S. Dionyſ. c. 2. de diu. nom. S. Tho. 1. p. q. 36. art. 2. in corp.

Dum autem de ſingulis perſonarum proceſſionibus agemus, res fuſius explicata, melius intelligetur.

Ex his habes, quemadmodum in Nicæna Synodo damnatum errorem Arij vitare poſſis; qui contra Scripturas [a] auſus eſt aſſerere, fuiſſe tempus, quo non eſſet Dei Filius, qui cum Patri ſit homouſion, ſemper fuiſſe, & eſſe neceſſe eſt: cum in eſſentiali ſuo conceptu exiſtentiam inuoluat.

a Matt. 16. Ioann. 1. 5. 7. 8. 10. & 20. ad Roman. 9. ad Hebr. 1. 1. Ioan. 5. Apocal. 4.

OBIICIES I.

Est contra rationem primi principij per eſſentiam exiſtentis, eſſe ab alio.

Sed ſingulæ perſonę diuinæ ſunt Deus per eſſentiam exiſtens, primum principium, & prima cauſa rerum omnium.

Ergo non poteſt vna perſona ab alia procedere.

Reſpondetur. De ratione primi principij omnium rerum, quæ aut fiunt, aut fieri poſſunt, eſt, vt non ſit ab alio natura diſtincto; perſonæ autem diuinæ non ſunt natura, eſſentia, ſeu potentia diſtinctæ, ſed idem: & per conſequens nec factæ, nec creatæ.

Et ideo omnes diuinæ perſonæ poſſunt habere, ſicut de facto habent (idem [b] enim eſt in diuinis eſſe, & poſſe) rationem primi princi-

Exodi c. 3. Cyrill. Alex. c. 6. l. 1. Theſ. S. Damaſc. l. 1. Orthod. Fidei c 7. & 8. S. Hilar. l. 3. de Trin. Cyrillus Alexand. l. 3. Theſauri c. 1. S. Th 1. p. q 27 art 1. ad 3. S Cyrill. Alex. lib 1. Theſ. c. 5. S Damaſc. l. 1. Orthod. Fid. c. 2. 6. 7 & 8. S Tho. 1. p. q 36. art. 2. ad 7. q. 41 a. 5. ad 2. & art. 6.

principij, primæ cauſæ, & primi entis per eſſentiam exiſtentis.

Repugnat ergo primo efficienti principio tantum, eſſe ab alio natura, & eſſentia diſtincto; non autem relatione, & perſona diſtincto.

Quinimo ratio primi principij, & primæ cauſæ exigit, vt ſit in tribus perſonis, quarum duæ ſunt ab alio, ſcilicet Filius, & Spiritus ſanctus.

Non eſt autem neceſſarium, vt omnes diuinæ perſonæ ſint principium, ſi alijs diuinis perſonis comparentur. Nam Spiritus[a] ſanctus nullius diuinæ perſonæ eſt principium: cui cum a Patre, & Filio ſit eadem natura, & eſſentia communicata; non eſt minor in ipſo dignitas ab alijs duabus perſonis procedere, quàm ſit in eodem Patre, ac Filio eandem naturam communicare.

S. Baſil. lib. 2. con. Eunom. & homil. de Fide.
S. Damaſc. l. 1. Orthod. Fid. c. 7. & 8.

S. Dionyſ. de Eccleſiaſtica Hierarchia circa princip.
S. Naziaz. oratione 23.
S. Aug. l. 5. de Trinit. cap. 13. & 14.
S. Damaſc. l. 1. Orthod. Fidei cap. 8.
a S Tho. 1. p. q. 32. art. 3. in corp.
Concil. Tolet. 4. 6. & 11.
S. Baſil. l. 2. & 3. con. Eunom.
S. Hieron. in c. 63. Iſaiæ. & ad Hedibiam q. 9.
S. Aug. l. 1. de Trin. cap. 6.
Beda in c. 3. Marci.
S. Leo ſer. 1. 2. & 3. de Pentecoſte.
S. Bern. de Paſſione Domini.
b Lib. 3. phyſ. cap. 6.

OBIICIES I.

VBi eſt proceſsio, ibi eſt actio, & per conſequens paſsio, & motuſ: cum actio, paſsio, & motus ex Philoſopho[b] ſint idem.

Quod ſi concedatur motus in diuinis perſonis, qui eſt actus imperfecti: neceſſe eſſet aliquam imperfectionem concipere in Deo.

Deo. Quod eſt contra rationem primi principij per eſſentiam exiſtentis, cui omnis imperfectio, motus, atque mutatio repugnat.

Reſpondetur. Tunc actio eſt idem cum motu, quando per actionem non communicatur eadem natura, eſſentia, & ſubſtantia, in ſui conceptu eſſentiali includens exiſtentiam; ſed communicatur diſtincta ſubſtantia, eſſentia, & natura.

S. Dionyſ. c. 9. de diu. nom. S. Greg Niſſenus ep. aduerſ. Apolinaré t. 2. S. Auguſt. l. 5. de Trin. c. 5. S. Cyril. Alex. lib. 2. de Trin. S. Greg. l. 12. in c. 15. Iob.

At verò in proceſſione vnius perſonæ diuinæ ab alia communicatur eadem natura, & eſſentia, in ſuo conceptu eſſentiali includens exiſtentiam: & per conſequens excludens omnem imperfectionem, mutationem, & motum.

S. Ambroſ. lib. de Noe. & Arca cap. 4. S. Cyril. Alex. l. 3. Theſ. c. 1. S. Damaſc. l. 1. Orthod. Fidei cap. 7. S. Thom. 1. p. q. 32. art. 1. ad tertium. & art. 2. in corp.

QVÆRITVR SECVNDO.

An aliqua proceſsio in diuinis ſit generatio.

RESPONDETVR, dicendum. In diuinis proceſſionem Filij a Patre dici poſſe, & verè eſſe generationem.

S. Thom. p. p. quæſt. 27. ar. 2.

Probatur ex definitione generationis viuentium. Generatio enim eſt origo viuentis a viuente, principio coniuncto in ſimilitudinem naturæ.

Sed proceſsio Filij eſt origo viuentis Filij a viuente Patre, principio, non modo coniuncto, ſed verè vno. Nam ita generat [a] Pater Filium, vt non aliquam partem ſuæ ſubſtantiæ communicet Filio, vt contingit in alijs viuentibus: ſed eandem numero totam ſubſtantiam communicat, cui repugnat habere partes; cum ſit actus purus per eſſentiam exiſtens.

Quare origo, qua Filius procedit a Patre, non ſolum eſt in ſimilitudinem naturæ, ſed etiam in vnitatem [b] naturæ, & eſſentiæ, ſeu ſubſtantiæ.

Ergo proceſsio Filij eſt verè, ac propriè generatio, per quam Filius Patri conſubſtantialis procedit.

Idquè confirmant ea Scripturæ loca, in quibus Filius dicitur a Patre [c] genitus, & eiuſdem Patris [d] vnigenitus, vel [e] natus: cui ſi non conueniret per veram generationem a Patre procedere, non verè, ac propriè Filius [f] diceretur.

Hoc idem recipit vniuerſalis Eccleſiæ cõſenſus in ſacratioribus [g] Concilijs in profeſsione ſaltem Fidei expreſſus.

Scripturarum autem, atque Conciliorum doctri-

a S.Tho. p.p. q. 41. art.3. in corp. Concil.Nicænum primum. Concil.Later. ſub Innoc. 3. cap. Dam. de ſum Trin. & Fide Cath. S. Leo ſerm 3. de Natiu. Domini, & ſer. 8. cap. 1 Beda in c. 5. & 10. Ioan. Bernar. ſerm. 71. in Cantica. S. Baſil. hom. de fide, & l. 1. & 2. con. Eunom. & hom. in c. 1. Ioan.

b S.Tho. 1.p. q.39. art 5. ad ſecundum. S. Damaſc. l. 1. Orthod. Fidei c. 5 6. & 8.

c Iſa. 53. Pſ 2. & 109. Matt. 3. & 16. ad Hebr. c. 1.

d Eccleſ. 24. Ioan. 1. & 3. Lucæ 1. Ad Galat. 4. 1. Ioan. 4.

e Prouerb. 8.

f Ioan. 5. ad Coloſs. 1. ad Hebr. 1. Symb. Apoſt.

g Cõc. Nicænum primũ. Conſtantinopolitan. primũ in ſymbolo. Concil. Epheſinũ primum. Conc. Chalcedonenſe primum. Toletanum primum, & ſecundum in confeſsione Fidei. Concil. Lateranenſe ſub Innocentio III. cap. Firm., & cap. Dam. de ſumma Trinit. & Fide Catholica. Concilium Tridentinum ſeſſ. 3. in Decreto de ſymbolo Fidei.

doctrinam ſumma cum veneratione [a] Patres, & Scholaſtici [b] recipientes, non minori laude contrarium ſentientes reijciunt.

OBIICIES I.

Generatio [c] eſt motus, vel mutatio ad ſubſtantiam.

Sed in Deo non eſt [d] motus, vel mutatio: cum ſit actus purus per eſſentiam exiſtens, cui [e] repugnat mutatio, vel per mutationem accipere eſſe.

Ergo proceſſio Filij non eſt generatio.

Reſpondetur, generationem in creatis viuentibus eſſe mutationem, vel motum: quia per generationem non communicat generans genito totam ſui ſubſtantiam, eſſentiam, vel naturam, quæ in ſuo conceptu eſſentiali includat exiſtentiam; vt contingit in proceſſione Filij a Patre:

Et ideo eius generatio eſt abſque mutatione, vel motu: ſimul [f] enim ſemper eſt, & generatur, ac genitus eſt.

Quia cum Filius ſit perſona diuina per eſſentiam exiſtens, ſicut Pater; ei repugnat

a S. Dionyſ. c.2. de diu.no. S. Cyprian. in præfatione ad Corneliũ Pap. S. Athan. epiſt. ad Epictetum. Epiſc. Corint. con. Hæret. in expoſit. Fidei. Cyrill. Alex. l.1. Theſ. c.6. & lib. 3.c.1. S.Epiph. lib.2. cont. Hæreſes hæreſi 57. S. Baſil lib 1.& 2.cõt.Eunom. S.Ambr.lib.1. de Fide cap.5. & 6. S.Aug. l.15.de Trinit. cap.15. & 27. & lib.9. cap.vlt. l.2.de cõſenſu Euangeliſtarũ c. 1. S. Leo ſerm. 1. 2.& 3.de Pentecoſte. S. Damaſcen. l.1. Orth.Fid. c.2.5.6. & 8. b Magiſter in 1.diſt.9. S.Thom. p. p. q.27.art 2. q. 35.a 2.in cor. Bellar.tom.1. contr. l. 2. de Chriſto c 6. c Ariſt. lib.5. Phyſ.c.3. d Malach. 3. Num.23. Pſal.101. Iacobi c.1. 1.ad Timot.6. Later.Concil ſub Innoc. III. c.fir. de Sum.Trin. & Fide Cathol. S.Dionyſ.c.9. de diu.nom. e S.Ambroſ lib. 1. de Fide ad Gratiannm c.9. S. Aug.lib.1. de Trin.c.1. lib.5.c.2. lib.1.de nat. boni c.1. & 10. lib.3 con. Maximinum c.12. f S.Baſilius l.1.& 2. con. Eunom. & homil.de Fide. Cyrill. Alex.lib.1.Theſ.c 6. S Ambroſ.l.1. de Fide c.5. S.Aug.ſer.3 de Trin. c.10. S.Damaſc.l.1.Orth.fid. c.2.5.6.& 8. S.Greg.lib.23.mor.in c.33.Iob. S.Tho. 1.p.q.42. art.1. ad tertium,& art.2. in corp.

accipere eſſe a Patre per mutationem, vel motum, qui eſt ſemper via ad terminum non exiſtentem, ea ratione, qua per mutationem, vel motum accipit eſſe.

Filius autem per eſſentiam exiſtens, etiam vti perſona a Patre diſtincta, ſemper eſt cum Patre [a] duratione, natura, & intellectu, vel cognitione, ſeu ratione.

Et ideo non poteſt per mutationem, ac motum accipere eſſe, etiam ratione relationis, quæ [b] eſt idem cũ eſſentia; aliàs de nouo inciperet eſſe Filius, quod [c] æterno repugnat.

[a] S. Athan. or. 2. con Arian. S. Baſil. l. 1. & 2. con. Eun. homil. de Fid. & homil. in c. 1. Ioan. Cyrill. lib. 1. Theſ. c. 2. & 9.

[b] Concil. Florentinum ſub Eugenio IV. ſeſſ. 18. & 19. Concil. Rhemẽſe ſub Eugenio III. Concil. Lateranen. ſub Innocen.io III.

[c] Conc. Nicænum primum. Tolet. 1. 4. 6. & 11.

OBIICIES II.

SI Filius a Patre vera, & reali generatione procederet, ſaltem origine Filius eſſet poſterior Patre.

At in diuinis perſonis nihil eſt [d] prius, aut poſterius.

Ergo non poteſt Filius per veram generationem a Patre procedere.

Reſpondetur, prioritatem originis (qui eſt ordo [e] naturæ tantum, nihil aliud dicens, quàm vnam perſonam eſſe ab alia) non excludere perfectam rationem exiſtendi ſimul, ſed eam includere: nam ea, quorum vnũ eſt origine tantũ poſterius altero, vel prius, ſimul tamẽ sũt natura, duratione, & intellectu.

[d] S. Athan. in ſymbolo. S. Leo ſerm. 1. 2. & 3. de pentecoſte. S. Greg. l. 23. moral. in cap. 33. Iob. S. Bern. ſer. 9. in cœna Dñi.

[e] S. Baſil. l. 1. con. Eunom. S. Aug. lib. 4. ſup. Gen. c. 34. & 35. t. 3. & orat. de quinque hereſibus a medio c. 7. S. Thom. 1. p. q. 42. art. 3. in corpore, & ad ſecundum.

Natu-

Natura: quia eadem natura, & eſſentia, in ſuo conceptu eſſentiali includens exiſtentiam, eſt in eo, qui procedit, & in principio, a quo procedit. Eandem namque naturam, eſſentiam, ſeu ſubſtantiam, quam Pater habet, communicat Filio; & Pater, ac Filius Spiritui ſancto.

Concil. Nicænum primum. Concil. Toletan. 4.6.& 11. Concil. Vvormatienſe. Concil. Later. cap. Firm. S. Athanaſius epiſt. contra Hæreticos in expoſit. Fid. S. Baſil. l. 1. 2. & 3. cont. Eunom. & hom. de Fide. Chryſoſt. ſer. de Trinitate.

Duratione: Nam duratio nihil eſt aliud, quàm exiſtentia rei prout connotat negationem inceptionis, & deſitionis pro eo tempore, vel inſtanti, quo res durare dicitur. At in exiſtenti per eſſentiam neceſſariò includitur ſemper extitiſſe, & exiſtere ſine principio, & fine, & per conſequens æternitate durare, qua qui durant, non poſſunt ſe inuicem æternitate antecedere, vel ſubſequi.

In quibus enim eſt eadem duratio, vnum non antecedit, aut ſubſequitur duratione aliud.

Non igitur poteſt vna diuina perſona eſſe prior, aut poſterior alia duratione.

Intellectu; quia non poteſt, quod eſt origine prius, aut poſterius, (quod tantum eſt in diuinis perſonis, quæ relationibus conſtituuntur) eſſe vnum altero prius, aut poſterius intellectu.

S. Tho. 1. p. q. 40 art. 2. & 4. S. Baſil. l. 1. & 2. con. Eunom. & ho. de Fide. Ariſt. in c. de his, quæ ad aliquid.

Nam in omnibus relatiuis verum eſt, ea, quatenus relatiua ſunt, intellectu ſimul eſſe, natura, & duratione.

S. Tho. 1. p. q. 40. art. 2. ad quartum, & q. 42. ar. 3. ad ſecundum.

Ergo

S. Thom. 1. p. q. 30. art. 2. ad primum. & q. 33. art. 2. ad 1.

Ergo multò magis id verum erit in perſonis diuinis, quæ relationibus conſtituuntur, vt paternitate Pater, filiatione Filius, & paſſiua ſpiratione, ſeu proceſſione Spiritus ſanctus.

Quorum eſſentia cum ſit idem tribus perſonis, non poteſt videri, quin omnes perſonæ videantur; nec poteſt videri vna perſona, non viſa alia. Quare Magiſter veritatis Chriſtus Dominus Homo Deus in Euangelio [a] dixit. Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum.

a Ioan. 14.

Idq; exemplo ſpatij, quod eſt accliue, & decliue, explicatur; quod videri non poteſt, quin ſimul & accliue, & decliue cognoſcatur, quamuis accliuis via, quatenus accliuis, non ſit realiter formaliter decliuis; & quatenus accliuis, det ſpeciem aſcenſui, qui eſt motus realiter diſtinctus a deſcenſu, qui ab eodem ſpatio quatenus decliue eſt, diuerſam ſortitur ſpeciem.

OBIICIES III.

Filius procedit a Patre per intellectum, cum dicatur, & Verbum [b], & Patris ſapientia genita.

Sed quod procedit per intellectum, non eſt ſimile in natura realiter, ſed intentionaliter

b Ioan. 1. prima Ioan. 5. S. Cypria. l. 2. teſtimon. adu. Iudæos. S. Baſil. homil. in c. 1. Ioan. & l. 2. cont. Eun. S. Aug. lib. 4. de Trin. c. 20. & lib. 7. c. 2. S. Cyrill. Alexand. l. 2. de Trin. & 2. Theſ. c. 2. & l. 7. c. 5. S. Damaſc. l. 1. orth. fid. c. 9. S. Thom. 1. p. q. 34. art. 1.

liter tantum: producit enim, qui intelligit, verbum ſimile ſibi, per ſpeciem impreſſam conſtituto in actu primo, vel per aliquid gerens vicem ſpeciei impreſſæ, intentionaliter tantum, non realiter.

Exempli cauſa intellectus intelligens per ſpeciem impreſſam, quæ eſt ſimilitudo, ſeu forma obiecti, intelligendo producit Verbum, quod expreſsiuum eſt, & obiecti, & intellectus, qui eſt per ſpeciem factus intelligibile obiectum intentionaliter tantum, & non realiter.

Ergo proceſsio Filij, ſi eſt per intellectum, non erit verè generatio.

Reſpondetur. Verbum [a] procedit ab intelligente, & dicente Patre ita, vt perfectiſſimo modo exprimat, & repræſentet intelligentem, ac dicentem Patrem: non poteſt autem excellentius, expreſſius, atque perfectius Verbum exprimere, & repræſentare intelligentem, ac dicentem Patrem, quàm ſi ita procedat a Patre, vt ſit non modo ei ſimile, ſed eiuſdem [b] naturæ, ſubſtantiæ, atque eſſentiæ, quamuis relatione, ſubſiſtentia, hypoſtaſi, ſeu perſona diſtinctum.

Non enim poteſt Pater, cum ſit Deus [c] per eſſentiam exiſtens, intelligere accidentali intellectione: ſed intelligit per intellectionem, quæ eſt eius ſubſtantia [d], ſeu eſſentia;

a S. Ath. ſer. 1. 2. & 3. contra Arianos. S. Baſil. homil. in illa verba In principio erat Verbum. & lib. 4. cont. Eunom. Nazianz. l. 3. de Theolog. S. Ambroſ. l. 4. de Fide c. 4. S Aug. lib. 7. de Trinit. c. 2. & lib. 15. cap. 13. & 14. Cyrill. Alex. l. 1. Theſ. c. 1. & 5. S. Greg. l. 23 moral. in cap. 33. Iob.

b Baſil. lib. 2. con. Eunom. S. Ambroſ. li. de Fide cont. Arianos c 6. S. Hier. ep. 57. ad Dam. Quoniam vetuſto. S. Leo ſer. 1. 2. & 3. de Pēt.

c S. Damaſ. l. 1. orth. fid. c. 6. & 8. S. Aug. lib. 7. de Trin. cap. 2. 5. & 6. & lib. 15 cap. 13. 14. 15. & 16.

d S. Tho. 1. p. q. 14. art. 4. q. 18. art. 3 & 4 q 34. art. 2. ad primum. & q. 41. art 4. ad 3. Bellar. t. 1. cōtrou. lib. 2. de Chriſto c. 17.

qua

Io.1.5.7. & 8. Symbolum Apoſtolorum.

Conciliũ Nicænum. Concil. Toletan.4.6. & 11. Concil. Later. ſub Innoc. III. cap. Firm. & cap. Dam. S. Thom. 1. p. q.36. art.3. ad tertium.

qua ſi intelligendo dicat, aut producat Verbum, quod a Patre procedere fide docemur; neceſſe eſt, Verbum a Patre prodiens, procedere ſimile in natura, & conſubſtantiale Patri, quod eſt per generationem procedere.

a Ioan.14.

Quod enim procedit ex vi ſuæ proceſſionis formaliter, non modò ſimile in natura, ſed eiuſdem eſſentiæ, & naturæ; procedit vt genitum, & per generationem, quæ eſt origo viuentis a viuente principio coniuncto in ſimilitudinem naturæ, & actione maximè immanenti[a], quam ad intra in ſcholis appellare conſueuerunt.

S. Thom. 1. p. q 27. art.1. Bellar. t. 1. cõtrou. lib 2. de Chriſto c. 17. Petrus de Arrubal. q. 27. art.5. diſp.96. cap.1.

Nulla enim actio poteſt dici magis immanens, quàm illa, qua abſque mutatione, & motu dicitur in diuinis vna perſona procedere ab alia in vnitatem naturæ, eſſentiæ, atque ſubſtantiæ.

S. Baſil. homil. in c.1. Ioan. S. Cyrill. l. 2. de Trinitate. S. Auguſt. l.7. de Trinit. c 2. & lib.15. c.13. 14.15. & 16. S. Thom. 1. p. q.14. art.4. q. 18. art.3. & 4. q.27. art. 2. q. 34. art. 2. ad primum, & q. 41. art.4. ad 3.

Eſt enim actio, qua Pater intelligendo dicit Verbum, immanens; quia eſt intellectio, qua Pater intelligit, & dicit Verbum; quæ non modo eſt intellectio, & intellectus, ſed etiam ipſa eſſentia, & eſſe Patris; quo nihil magis immanens dici poteſt.

Ad hæc autem intelligenda, aduertat diligens Lector, qui rem hanc velit exactius contemplari, Verbum mentis expreſſiuum eſſe, & repræſentatiuum rei intellectæ, vel obiecti. Obiectum autem cum ſit in intel-

lectu

lectu per impreſſam ſpeciem, vel aliquid gerens vicem ſpeciei, dicitur Verbum expreſſiuum etiam eſſe intellectus intelligentis; quia per ſpeciem, vel aliquid gerens vicem ſpeciei factus eſt res ipſa intelligibilis: [a] intellectus enim poſſibilis intelligendo fit omnia, quæ intelligit; ſicut intellectus agens in patientem intellectum producendo ſpeciem, omnia facit.

[b] Si igitur Verbum eſt expreſſiuum, & repræſentatiuum rei intellectæ, quatenus eſt in intelligente, erit etiã expreſſiuũ eius, qui intelligit, quatenus factus eſt per ſpeciem impreſſam, vel aliquid gerens vicem ſpeciei, res intellecta, vel intelligibile obiectum. Idq; multò magis in æterno Patre, excluſa imperfectione, verum erit; qui intelligit per ſui [c] eſſentiam, quæ ſimul eſt intellectus, intelligendi actus, & res intellecta, non per ſpeciem aliquam, ſed ſe ipſa repræſentata; cuius actus intelligendi terminus cum ſit Verbum, quod a Patre conſubſtantiale procedit, eius proceſſio erit verè, ac propriè dicta generatio.

a Ariſt. lib. 3. de Anim. tex. 5. 8. 14. & 18.

b S. Tho. p. p. qu. 27 a. 2. in corp. q. 35. ar. 2. in corp. & qu. 38. ar. 2. ad primum.

c S. Aug. l. 3. cõ Max. c. 13. S. Thom. p. p. q. 18. a. 3. & 4. Bellar. l. 1. de Christo c. 6. & l. 2. c. 17.

OBIICIES IV.

SI Filius a Patre procederet ſubſtantia, & eſſentia vnus, & idem; & eodem

modo Spiritus Sanctus ab vtroque, hic per proceſſionem, ſeu ſpirationem, ille per generationem; non diceretur Filius dextera Patris; & Spiritus Sanctus dexteræ digitus: dextera enim non dicitur integram ſubſtantiam, & eſſentiam illius, cuius eſt dextera, continere; & multò minus digitus.

Ergo non ita procedit Filius conſubſtantialis Patri, vt ſit vna, eademq; ſubſtantia, & eſſentia in vtroque; & per conſequens nec totus in Verbo Pater, nec totus in Patre Filius.

Reſpondetur, non ideo Filium dici dexteram Patris, & Spiritum Sanctum dexteræ digitum; quia Pater ſit totum quoddam integrale, cuius partes ſint Filius, & Spiritus Sanctus: ſed vt ſignificetur Filius eſſe conſubſtantialis Patri, quemadmodum & Spiritus Sanctus; & ita, vt Filius a Patre procedat, & Spiritus Sanctus ab vtroque, ſine diminutione tamen ſubſtantiæ; quæ cum ſit actus purus [a] per eſſentiam exiſtens, excludit omnem imperfectionem, & dependentiam, ac partium diſtinctionem; vt Tractatu primo [b] ex [c] Scripturis, [d] Concilijs, & [e] Patribus, & hoc etiam Tractatu ſæpe dictum eſt.

S. Cyprian. de Spiritu Sanct. & l. 2. teſtimoniorũ adu. Iudæos. S. Baſil. ep. ad Cæſarianos. Naziãz. orat. 37. S. Ambro. l. de fide cõ. Arianos c. 6 S. Hiero. in c. 12. Matth. S. Cyrill. l. 5. Theſa c. 7. S. Chryſ. in expoſ. Symboli Apoſt. ho. 1. t. 5. & homil. in pſal 137. S. Greg. l. 12. moral. in c. 14. Iob.

Quare

a Exod. 3. Sap. 13. S. Dion. c. 5. de diu. nom. S. Aug. l. 1. de Trin. c. 1 & l. 7. c 5. & 6. S. Hilar l. 1. 3 6. & 12. de Trin. S. Damaſc. l. 1. ortho. fid. c. 12. S Bern l. 5. de conſi. l. c. 5. S. Tho. p. p. q. 3. a. 4. b cap. 2. c Matt 19. Luc 18, & 24. Io. 1. Apoc. 14. 1. ad Timot. 6. d Conc. Nicæn. prim. Cõcil. Later. ſub Innoc. III. cap. Firm. & cap. Dam. e S. Atha. orat. con. Idola. & diſp. con. Arium. Nazianz. orat. 34. & 45. S. Leo ep. 93. decretali.

Quare non eſt ad errorem trahendum, quod ad[a] infirmitatem noſtram ſubleuandam dignatus eſt nobis per ſimilitudinem reuelare Deus.

Conſtat ergo ex dictis, Filium eſſe conſubſtantialem Patri, & Spiritum Sanctum vtrique, totumq; in Verbo Patrem, ac vice verſa, & ſingulas perſonas in ſingulis perſonis reperiri in vnitate naturæ; atque eſſentiæ, abſque perſonarum confuſione; verum relatiuis proprietatibus inter ſe tantum diſtinctas, conſubſtantiales, coæternas, & coæquales.

Ex his facilè cognoſci poteſt, quantum a veritate aberrarint [b] Cherinthus [c], & Marcion, qui naſcentem adhuc Eccleſiam perturbare conati ſunt, aſſerentes, Filium a natiuitate humana principium habuiſſe.

a S. Damaſc. l. 1. ortho. fid. cap. 2.

S. Cypr. de orat. Domin. Oſius Cordubenſis l. 2. Nicenæ Synod. S. Baſil. l. 2. cō. Eunom. S. Hier. ep. 57. ad Damaſum quoniā vetuſto. S. Aug. li. 9. de Trin. cap. 5. S. Leo ſer. 1. 2 & 3. de Pētecoſte, S. Bern. lib. 5. conſid. cap. 7. & 8. Baron. cir. an. Dom. 40. b & c 146. Beda in expoſit. 2. ep. s. Io:

QVÆRITVR TERTIO.

Ex quarum rerum cognitione procedat Verbum.

VERBVM procedere ab intelligente, ac dicente Patre, eidem Patri conſubſtantiale; & proceſſionem Filij a Patre dici generationem, quia ex vi ſuæ proceſſionis formaliter,

S. Atha. ſer. 1. 2. & 3. con. Arianos. S. Baſ. hom. de fid. & l. 2. & 4 con. Eunom.

maliter, quæ eſt per intellectum, procedit Filius a Patre, non modo in ſimilitudinem, ſed etiam in vnitatem naturæ, eſſentiæ, ſeu ſubſtantiæ; explicatum eſt ſupra.

Nunc videndum eſt, ex quarum rerum cognitione procedat Verbum ab intelligente, ac dicente Patre.

Quæſito Reſpondetur, dicendum,[a] Verbum procedere a Patre ex cognitione eſſentiæ diuinæ, trium diuinarum perſonarum, creaturarum poſſibilium, & exiſtentium in quacunque temporis differentia, præſentis ſcilicet, præteriti, & futuri.

Probatur: quia in Patre eſt[b] vnica tantum ſimpliciſſima, & perfectiſſima cognitio, qua cognoſcit, & intelligit eſſentiam diuinam, tres perſonas, creaturas poſſibiles, & exiſtentes in qualibet temporis differentia.

Ergo, cum Pater intelligendo dicat Verbum; Verbum procedit a Patre ex cognitione illa, qua intelligit eſſentiam diuinam, tres perſonas, creaturas poſſibiles, & exiſtentes in qualibet temporis differentia. Eſt enim vna, eademq. cognitio, qua hæc omnia intelligit Pater.

Nazian. l.3. de Theol. S. Amb. l. 4. de fid. c.4. S. Aug. l.7. Trinit. c. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. & l. 15. ca. 3. 13. 14. & 15. Cyrill. lib. 1. Theſ. c.5. & l. 12. c.7. S. Greg. li. 23. mor. in ca. 33 Iob. S. Damaſc. l.1. orth fid. c. 6. 8. 9. 10. & 11.

a S. Aug. l. 15. de Trin. c. 14. & li. 83. qq. q. 63. S. Tho. p. p. q. 34. a. 3.

b S. Aug. l. 15. de Trin. c. 15. S. Tho. p. p. q. 18. a. 3. & 4. & q. 34. a. 3.

S. Baſil. hom. 1 c. 1. Ioan. S. Aug. lib. 15. de Trin c. 13. & 14 S. Cyril. l. 2. de Trin. & l. 1. in Io. c. 5. S. Greg. c. 23. moral. in c. 33 Iob. S. Damaſc. l. 1. ort. fid. c. 6. Bellar. l. 2 de Chriſto c. 37.

ObII-

O B I I C I E S I.

COgnitio, qua procedit Verbum a Patre, eſt neceſſaria: cum ſemper eſſe Filium neceſſe ſit.

Io. 1. Ad Hebræ. 1. Conc. Nicæn. primū S. Cypr. lib. 2. teſtimon. adu. Iud. S. Hilar. li. 12. de Trin. S. Aug. l. 4. de Trin. c. 1. l. 5. c. 5. l. 6. cap. 1 & ſer 3. de Trin. t. 10. S. Cyril. Alex. c. 1. li. 3. Theſ.

Sed cognitio, qua cognoſcuntur creaturæ exiſtentes in aliqua differentia temporis, non eſt neceſſaria, ſed contingens; cum potuerit non eſſe: ſi enim decreuiſſet Deus, ſicut poterat decernere, non dare exiſtentiam creaturis, illæ non fuiſſent habituræ exiſtentiam: & per conſequens cognitæ non fuiſſent a Deo, vt illam habituræ.

Ergo, ſicut contingens eſt habere exiſtentiam, ita contingens eſt, illas cognoſci; atque ita cognitio, qua cognoſcuntur, erit cōtingens.

Reſpondetur, cognitionem, qua Deus cognoſcit creaturas exiſtentes, eſſe neceſſariam, ſicut neceſſaria eſt cognitio, qua cognoſcitur eſſentia diuina. Sed cognitio, qua cognoſcitur eſſentia diuina, cum ſit per eſſentiam exiſtens, & Deus ipſe, eſt maximè neceſſaria.

S. Aug. l. 7. de Trin. c 2. & l. 15. c. 13. 14. 15 & 16. S. Tho. p. p. q. 14. a. 4. q. 18. a. 3 & 4. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 17.

Ergo ita etiam erit maximè neceſſaria cognitio, qua cognoſcit creaturas exiſtentes.

Verum cognitio Dei, quæ vna tantum eſt, terminatur ad eſſentiam Dei, & quicquid eſt Deus, tanquam ad obiectum [a] primarium,

S. Augu. li. 15. de Trin. c. 15. S. Tho. p. p. q. 34. ar. 3. ad 4. a & pri. par. q. 37. a. 2. ad 3.

&

BIBL. NAZ. ROMA

& neceſſarium; & ad creaturas poſſibiles terminatur, tanquam ad obiectum ſecundarium, ſed habens neceſſariam connexionem cum eſſentia diuina, quæ cum ſit neceſſariò finitis in infinitum modis imitabilis, & participabilis a creaturis, vt [a] alibi diximus; ſequitur neceſſariò, quod ſint poſſibiles finitæ in infinitum creaturæ, non ſolum eiuſdem perfectionis, & ſpeciei; ſed & diuerſæ ſpeciei, & perfectionis eſſentialis, quas neceſſariò cognoſcet Deus, etiam quatenus aptæ ſunt coniungi cum exiſtentia. Quare ſimpliciter, & abſolutè eſſentiam, & exiſtentiam neceſſariò cognoſcit, non quatenus coniungendas, ſed vt aptas coniungi.

a cap. 11. de Ideis, & c. 18 de potentia Dei Tract. 1.

Et per eandem cognitionem etiam cognoſcit, & terminatur ad creaturas, vt exiſtentes; ſed non neceſſariò.

Et ideo cognitio, qua cognoſcit Deus creaturas exiſtentes, eſt quidem neceſſaria, ſicut eſt neceſſarius Deus ipſe per eſſentiam exiſtens; ſed non [b] neceſſariò terminatur ad creaturas exiſtentes, quæ ſunt obiectum ſecundarium, non habens abſolutè neceſſariam connexionem cum eſſentia diuina; ſed tantum ex ſuppoſitione, quod Deus decreuerit liberè dare illis exiſtentiam.

b S.Tho. p.p. q.34.a.3.ad4. q.37.a.2.ad 3.

Quemadmodum [c] neceſſe eſt ſemper exiſtere, & extitiſſe Deum ſine principio, & fine: non

c Nazian. or. 23. S. Ambro. l.1. de fide ad

non tamen eſt neceſſarium ſemper æternitate tempori coextitiſſe, aut immenſitate cuilibet loco, vel rei: & ex eo tantum, quod creaturæ incipiant eſſe, ſine ſui mutatione incipit illis coexiſtere Deus æternitate, vel immenſitate. Non [a] enim eſt neceſſe, quando aliqua duo diuerſimode inter ſe comparantur, factam eſſe mutationem in vtroque extremorum, ſed in altero tantum factam eſſe ſat eſt.

Res iſta fuſius explicata, & exemplis declarata eſt Tractatu [b] primo; dum quærebamus, an a Deo futura contingentia cognoſcerentur.

OBIICIES II.

Creaturæ exiſtentes non ſunt habituræ exiſtentiam, niſi dependenter a Deo, qui ad extra operando, daturus eſt illis exiſtentiam iuxta æternum decretum, quo tota Trinitas, Pater, ſcilicet, Verbum, & Spiritus Sanctus decreuit illis dare exiſtentiam.

Ergo Verbum eſt antequam ſint futuræ creaturæ exiſtentes; [c] cum non niſi dependenter ab eo ſint habituræ exiſtentiam.

Non procedit igitur Verbum ex cognitione illarum; quia prius eſſent habituræ exiſtentiam creaturæ, quàm intelligeretur Verbum

Grāt.c.9. & l. 10 in c. 22. Lu. S Hier.ep. 57. ad Damaſum quoniã vetuſto. & in ca. 3. ad Epheſ. S Augu.l.1.de Trin.c.1. l.3. con. Maximinum; & de fide ad Petrum cap.3. S. Cyrill. li.1. Theſau. c.8. S. Leo ſerm.1. de Pentecoſte cap.3. S. Greg.li. 16. moral.c.mihi 16. S. Bern.l.5 de conſid.c.6.

a S Dionyſ.c. 9.de diu.nom S. Aug.l 5. de Trin.c. 16. & l.15.cap.3: Ariſt. 8. phyſ. tex 9. S. Tho.p p. q. 43.ar. 2. ad 2.

b cap. 10. de ſcientia Dei quæſito 2. & c.14 de Volũtate quæſit. 1.

c Io. 1. ad Hebr.1. S. Baſil. hom. in ca.1. Ioan. S. Ambr. l.1. de Spiritu ſãcto cap. 2. Sict. Auguſt. l 4.de Trin.c. 1.& l 7. c 3. S. Leo Tract. adu.Eutychet &c.

bum, quod procedit a Patre per cognitionem creaturarum.

Reſpondetur: Verbum non eſt poſterius cognitione, qua à Patre procedit; cum illa ſit idem cum intellectu, & eſſentia diuina; quæ eadem eſt in tribus perſonis; licet in Patre connotet relationem generantis, & principij dicentis, in Filio autem connotet relationem geniti, qui eſt ſimul natura, duratione, & conceptu cum Patre dicente, ſimulq; ſemper idem intelligit, ac vult cum Patre; qui Pater in nullo inſtanti, aut rationis ſigno poteſt perfectè, & adæquatè intelligi, quin intelligatur Filius.

S.Hier. in interpret. l. 1. Didym. de Spiritu ſancto. S. Aug. l. 15. de Trin. c. 13. 14. 15. & 16. & l. 3. cõ. Maxim, cap. 13. S. Leo epi. 93. decretal. c. 5. S. Tho. p. p. q. 14. ar. 4. q. 28. a. 3. & 4 q. 34. a. 2. ad primũ. Bellar. l. 2. de Chriſto c. 17. S. Baſil. l. 1. & 2. cõ. Eunom. & hom. de fid. s. Cyril. lib. 4. Theſ. cap. 2. s Damaſc. l. 1. ortho. fid. c. 9. s. Bern. ſer. 9. in cœna Dñi. & ſer. 1. in feſto Pentecoſt.

Nam ordo [a] originis dicit tantum vnam perſonam ab alia in vnitatè naturæ, ſeu ſubſtantiæ, in ſuo conceptu eſſentiali includentis exiſtentiam: cum qua eſſentiæ vnitate, & relatiua diſtinctione, nullum eſt inſtans, in quo ſit, aut poſſit adæquatè concipi vna perſona, non concepta alia.

a s. Baſil. l. 1. con. Eunom. s. Aug. l. 4. ſup. Gen. c. 34. & 35. & orat. de quinq; hæreſibus à medio to 5 s. Tho. p. p. q. 42. a. 3. Bellar. l. 2. de Chriſto c. 10. S. Tho. p. p. q. 36. a. 3. ad 3.

Quod ſi quis plura rationis ſigna rationi noſtri modi concipiendi diſtinguat, in quorum vno concipiat intelligentem, ac dicentem Patrem, tanquam origine priorem Filio; & per conſequens in illo rationis ſigno non concipiat genitum eſſe Filium, & decreuiſſe cum Patre producere creaturas, quæ ſi nõ ſunt decretæ a Filio etiam habituræ exi-

ſtentiam,

ſtentiam, remanent in numero rerum potentium exiſtere, non autem earum, quæ ſint exiſtentiam habituræ, & conſequenter in illo rationis ſigno exiſtentiam habituræ non cognoſcuntur; vnde nec ſatis videtur intelligi poſſe, quomodo ex illarum cognitione poſſit procedere Verbum;

Sciendum eſt, hæc rationis ſigna non impedire, quo minus perfectiſſimo modo diuinæ perſonæ ſint ſimul, idem ſimul intelligāt, & velint.

S. Aug. l. 3. cō. Maxim. c. 13. S. Tho. p. p. q. 42. a. 2. 3. & 4.

Et ideo non erit etiam abſurdum, ſi dicantur creaturæ habituræ exiſtentiam, qua ratione a nobis concipiuntur, vt obiectum cognitionis, qua Pater producit Verbum, eſſe Verbo ratione noſtri modi intelligendi in illo rationis ſigno priores; & eodem Verbo poſteriores, quatenus concipiuntur exiſtere dependenter ab eo: non enim abſurdum eſt, aliqua duo eſſe ſimpliciter ſimul, & in diuerſo genere cauſæ ſe inuicem antecedere, vel ſubſequi. Exempli cauſa, ſimul eſt expelli tenebras ex aere, & lumen produci: verumtamen in genere cauſæ materialis natura prius eſt expelli tenebras, quàm lumen produci; & in genere cauſæ formalis prius eſt produci lumen.

Ergo multò magis in Deo, in quo nihil eſt prius, aut poſterius, cauſa, aut effectus, poterit

S. Ath. in ſymbolo. S. Baſil l. 1. & 2. cō. Eunom.

S. Aug. li. 1. 2. 3. 4. & 15. de Trin. & ſer. 3. in feſt. S. Trin. t. 10. s. Leo ſerm 2. de Pentec. & Tract. cõ. Eutychet. &c. s Greg. li. 23. moral. in cap. 33. Iob. S. Damaſc. l. 1. orth. fid. c. 9. S. Tho. p. p. q. 33. ar. 1. q. 41. ar. 3. & qu. 42. a. 3. ad 2.

terit intelligi, qua ratione Verbum ſit prius creaturis, quatenus concipitur cum Patre, & Spiritu Sancto decernere illis dare exiſtentiam: & illis eſſe poſterius, quatenus concipitur ex illarum cognitione a Patre procedere.

Hoc enim non oritur ex aliqua imperfectione, quæ ſit in Verbo, aut ex aliqua dependentia, quam habeat a creaturis; ſed ex defectu noſtri intellectus, qui in plures partitur conceptus, quod eſt in Deo maximè vnum, ſimplex, atque independens.

a s. Nazi. ora. 13. 23. 35. 36. & 37. S. Aug. lib. de fide ad Petrũ cap. 1. S. Cyril. Alex. l. 2. Theſ. c. 1. 2. & 3. & c. 2. de ſimilitudine Patris, & Filij eſſentiali. Beda in expoſit. 2. epiſt. Io. S. Tho. qu. 42. a. 3. ad 2.

Et id, in quo ſũt omnia perfectiſſimo modo ſimul, quatenus a nobis vno conceptu concipitur, ſe ipſum antecedere intelligitur alio conceptu cognitum, vel expreſſum; vt in caſu noſtro, Filius, qui eſt [a] ſimul cum intelligente, ac dicente Patre, quatenus cum Patre, & Spiritu Sancto decernit creaturis dare exiſtentiam, concipitur illis prior; & quatenus a Patre intelligitur procedere ex cognitione creaturarum, quæ exiſtentiam ſunt habituræ noſtro intelligendi modo illis poſterior concipitur.

Verum hoc non diuinarum perſonarum, ſed noſtri intellectus imperfectionem dicit.

QVÆ-

QVÆRITVR QVARTO.

An detur alia proceſsio in diuinis a proceſsione Verbi.

RESPONDEO, Dicendum, dari aliam proceſſionem in diuinis a proceſſione Verbi.

Probatur. Datur alia perſona a Patre, & Verbo diſtincta, ſcilicet Spiritus Sanctus, qui, ſi eadem proceſſione, qua Verbum a Patre procederet, non eſſet Verbo, ſeu Filio relatiuè oppoſitus.

Magiſt. in pri. diſt. 11. S.Tho. p.p. q. 27. a. 3. Mat. 12. & 28. Io c. 14. 15. & 16. Act. 5. 1. Cor. 12. 1. Ioan. 5. Symb. Apoſt. S. Ath. in ſymbolo.

Et per conſequens nec hypoſtaſi, ſuppoſito, aut perſona diſtinctus.

Quod ſi dicatur; Trinitas perſonarum auffertur, contra [a] Scripturas, [b] Concilia, & Patres [c].

a Gen. c. 1. 3. & 18. Pſ. 66. Iſ. 6. Matt 28. Io. 14. ad Cor. 13. ad Epheſ. 2. 1. Io. 5. Symb. Apoſt. Cònc. Nicęn. 1. Conſtantinop. 1 Conc. Epheſin. Cóc. Chalcedonē. Cóc. Rhemēſ. ſub Eugenio III. Conc. Lateranen. ſub Innoc. III. Conc. Lugdunen. ſub Greg X. Conc. Florentin. ſub Eugen. IIII. & Conc. Trident. c S. Cypr. in præfat. ad Cornel. Papam. S. Epiphan l. 2. con. hæreſes hæreſi 57. S. Baſil. l. 2. & 3. con. Eunom & Hom. de fid. S. Ambroſ. l 1. 2. & 3. de Spiritu ſanct. S. Hieron in interpret. l. 1. 2 & 3. Didym. de Spiritu ſanct. S. Aug. ſerm. 6. & 7. de S. Trin. to. 10. l. 1. de Trin. c. 4. & l. de fide, & ſymbolo. S. Leo ſerm. 1. 2. & 3 de Pentecoſt. & Tract. adu. errores Eutychet. &c. S. Athan. or. con. Gregales Sabellij. in ſymbolo, & in expoſit. fid.

OBIICIES I.

Conc. Nicæn. 1. Concil. Later. ſub Innocen. III. S. Baſil. homil. de fide S. Damaſc. l. 1. orth. fid. c. 6. 8. & 11

NAtura diuina eſt perfectiſſimo modo per proceſſionem Verbi communicata Filio: aliàs, Verbum non eſſet conſubſtantiale Patri, Deus verus de Deo vero, per eãdem omnino eſſentiam exiſtens, per eandem ſapientiam, ac ſcientiam intelligens, & per eandem potentiam potens: quod repugnat perfectiſſimæ vnitati eſſentiæ diuinæ.

Ergo non eſt neceſſaria alia proceſſio in diuinis, diſtincta a proceſſione Verbi, qua Filius conſubſtantialis Patri, eſt per veram, ac propriè dictam generationem a Patre procedens.

Conceſſo toto antecedenti, negatur conſequentia; quia cum ſit alius modus, quo per voluntatem poteſt communicari ad intra perfectiſſimo modo eſſentia diuina; neceſſe eſt, communicatam eſſe: cum in [a] æternis, ſeu in Deo, qui eſt per eſſentiam exiſtẽs, idem ſit eſſe, & poſſe.

Idq́. nobis innotuit, & fide credimus, reuelante Deo in [b] Scripturis, ac proponente [c] Eccleſia, cui adhærentes [d] Patres, & tota [e] Theologorum ſchola, fidelem populum docent, contradicentes redarguunt.

a S. Tho. p. p. q. 36 a. 2. ad 7. & q. 41. a. 6.

b Mat. vlt. Io. 14. 15. 16. 17. 1. Cor. 12.

c Symb. Apoſtol. Cõc. Tolet. 4. 6. & 11. Conci. Vvormatienſ. Cõc. Later. cap. Firm. & c. Dam. Conc. Flor. ſub Eugen. IIII. d S. Athan. in ſymbol. Oſius Cordub. l. 2. Nicæn. ſynod. de S. Trin. Nazianz. orat. 13. 23. & 37. S. Aug. ſer. 6. & 7. in feſt. S. Trin. t. 10. S. Leo ſer. 1. 2. & 3. de Pentecoſt. e Mag. in 1. diſt. 13. S. Tho. p. p. q. 27. ar. 3. 4. & 5. Bellar. l. 2. de Chriſto c. 6.

OBIICIES II.

SI eſſent duæ proceſſiones in diuinis, vna per modum intellectus, & alia per modum voluntatis: non eſſent in Deo idem intellectus, & voluntas, intelligere, & velle; Quod tamen repugnat Deo per eſſentiam exiſtenti, in quo [a] omnia debent eſſe vnum, vbi non eſt relatiua oppoſitio.

At inter intellectum, & voluntatem nulla eſt relatiua oppoſitio.

Ergo nulla etiam realis diſtinctio. Ergo neque etiam proceſſio, quæ eſt per intellectũ, diſtinguetur ab illa, quæ eſt per voluntatem: & per conſequens vnus tantum erit modus, quo diuina eſſentia communicatur.

Reſpondetur. In Deo nulla eſt diſtinctio realis, & actualis inter intellectum, & voluntatem, intelligere, & velle: verumtamen per illam ſimpliciſſimam, & indiuiſiſſimam entitatem, quæ eſt intellectus, & voluntas, intelligere, & velle, formaliter eſt intelligens, ac volens Deus perfectiori modo, quàm ſi intellectus, & voluntas, actus intelligendi, & volendi abſolutè conſiderati eſſent inter ſe diſtincti.

Quare, cum ſimpliciſſima entitas, quæ eſt intellectus, & voluntas, intelligere, & velle per eſſentiam exiſtens, æquiualeat pluribus po-

Cõc. Tolet. 11. S. Aug. ſer. 2. de S. Trinit. & 10. s. Cyrill. l. 1. Theſ. ca. 8. s. Leo ſer. 1. de Pentec. Boet. l. 1. de Trinit. c. 12. s. Damaſc. l. 1. orthod. fid. c. 10. s. Bern. l. 5. de conſid. c. 7. & 8. s. Tho. p. p. q. 28. a. 3. q 30 a. 2. q 36. a. 4. q 37 a. 2. q 41 ar. 6. s. Hier in interpret. lib. 1. Didym de Spiritu S. S. Leo epi. 93. decretali ad Turribium Epiſc. c. 5. s. Tho p p. qu. 19. art. 1. q. 27. a. 3 ad tertiũ. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 13.

potentijs, & diſtinctis actibus, virtualiter erit multiplex, & prout æquiualet intellectui, per eamq; formaliter eſt Pater intelligens, & dicens; erit principium, quo, generationis Filij.

Prout autem æquiualet voluntati, & per eam formaliter Pater, & Filius ſe diligentes ſpirant Spiritum Sanctum, ſibi coæternum, & conſubſtantialem, eſt formaliter voluntas; itaut, ſi per impoſſibile re diſtinguerentur in Deo intellectus, & voluntas, Filius procederet per intellectum tantum, & Spiritus Sanctus per voluntatem.

S. Cypr. de Spiritu ſancto. Ath. in ſymb. S. Ambr. l. 1. 2. & 3 de Spirit. ſancto. S. Aug l. 1. 2. 3 4. & 15. de Trin. ſer. 1. & 6. de Trin. c. 10. S. Leo ſerm. 1. 2. & 3. de Penteco. & Tract. con. Eutych. &c. S. Augu ſer. 3. de têp. qui eſt ſer. 1 in Dom. prox. ante Natiuit. Dom. Scot. in 2. diſt. 16.

Idq; explicari poteſt exemplo, iuxta ſententiam eorum, qui dicunt, in Homine potentias animæ re ab eadem anima non diſtingui; & conſequenter aſſerunt, intellectum, & voluntatem non eſſe potentias re, ſed ratione diſtinctas: & animam, quatenus ipſa eſt intelligendi, iudicandi, atque diſcurrendi principium, intellectum nominari; & quatenus amoris, aut odij actus eſt cauſa, voluntatem, ſeu rationalem appetitum vere eſſe, atque appellari poſſe.

Multò magis ergo id dici poterit de intellectu, & voluntate diuina.

OBII-

OBIICIES III.

SI datur alia proceſſio, qua Spiritus Sanctus a Patre, & Filio coæternus, & conſubſtantialis eidem Patri, & Filio procedit; illa eadem erit generatio: eſſet enim origo viuentis a viuente principio coniuncto, non modo in ſimilitudinem naturæ; ſed in vnitatem naturæ, ſubſtantiæ, ſeu eſſentiæ; ſicut & proceſſio ipſius Filij.

Huic difficultati vt ſatisfiat:

QVÆRITVR QVINTO.

An proceſsio, qua Spiritus Sanctus a Patre, & Filio conſubſtantialis procedit, ſit verè generatio.

RESPONDEO, dicendum. Proceſſio, qua Spiritus Sanctus a Patre, & Filio conſubſtantialis procedit, non eſt verè, ac propriè formaliter generatio.

Propoſitionem hanc ſic de Fide credendam, vniuerſalis Eccleſiæ conſenſus in Concilijs etiam expreſſus, & Patrum, ac Theologorum omnium ſententia vna ſuadet; quamuis

Conc. Tolet. 1. 4. 6. 8. & 11. Concil. Vvormatienſe ſub Adriano II. Conc. Arelat. ſub Leon. III. Concil. Later. ſub Innoc. III Conc. Floren. ſub Eug. IV. S. Cyprian. in præf. ad Cornel. Pap. S. Athan. in ſymb. s. Hilar. l. 12. de Trin in fin. s. Greg. Naz orat. 37. de Spiritu ſanct. s. Greg. Nyſſ. ep. adu. Apolinar. t. 2. S. Io. Chryſoſt. hom. 1. de incomprehenſibili Dei natura t. 5. S. Aug. l. 3. con. Maxim. c. 14. & l. 15. de Trin c. 27. S. Leo ep. 93 decretali ad Turrib. c. 1. Damaſc. l. 1. orth. fid. c. 9. & 10. s. Bern. ſer. 1. in feſt. Pentec. t. 1. Magiſt. in 1. diſt. 13. S. Tho. p. p. q. 35. ar. 2. in corp. Scot. l. 1. diſt. 13. q. vnica. Bellar. li. 2.

de Chriſto c. 14.

uis non vnus, ac idem ſit omnium explicandi modus. Et hac ratione probari poſſe videtur.

Illius enim proceſſio eſt verè, ac propriè generatio, quod ex vi ſuæ proceſſionis formaliter procedit ſimile, vel idem in natura ei, a quo procedit.

At Spiritus Sanctus, cū procedat vt amor per voluntatē, quæ eſt principium, quo, producendi amorem, qui ex genere ſuo non eſt ſimilitudo, aut imago exprimens rem amatā, vel amantem, ſed eſt inclinatio, ac propenſio amantis in rem amatam, amore enim vult amans rei amatæ bonum; ex vi ſuæ proceſſionis formaliter non procedit ſimilis, vel idem in natura principio producenti.

S. Tho. p.p. q. 27. ar.4. q.30. a.2: ad 2. q. 35 a.1. in corp. & q.38. a.2. Bellar. li.1. de Chriſto c.14.

Ergo proceſſio, qua Spiritus Sanctus a Patre, & Filio conſubſtantialis procedit, non eſt verè, ac propriè generatio: cum non procedat Spiritus Sanctus ex vi ſuæ proceſſionis formaliter ſimilis, vel idem in natura, ſeu eſſentia producenti principio, Patri nempe, ac Filio: ſed ideo Spiritus Sāctus vti perſona diſtincta a Patre, & Filio conſubſtantialis procedit; quia a principio, qui eſt Deus, ad intra nihil procedere poteſt, quod non ſit Deus.

S. Atha. in Nicæn. Cōc. diſp. cō. Ariū, & ep. ad Serapionem de Spiritu s. S. Epiph. hæreſ 62. cōt. Sabellian. S. Amb. l.3. de Spiritu s. cap. 10.11.19. & 23. S. Hiero. in c. 63. Iſai. & ad Hedibiā q. 19. S. Cyrill. li. 7. de Trin. l. 10. in Io. c 3. & l. 13. Theſ. ca. 1. S. Leo ſer. 1.2. & 3. de Pent. Beda in ca. 3. Marc.

Et ex his ſatisfactum eſſe videtur argumētō, quod in fine præcedentis quæſiti adducebatur, ad probandum, Spiritus Sancti proceſſio-

ceſsionem eſſe verè, ac propriè generationem.

OBIICIES vlterius.

QVicquid habet Spiritus Sanctus, habet ex vi ſuæ proceſſionis formaliter. Sed habet vt ſit non modo ſimilis in natura, verum eiuſdem ſubſtantiæ, & eſſentiæ cum Patre, & Filio.

Conc. Bracarenſ. 1. ſub Io. III. Concil. Later. ſub Innoc. III. cap. fir. & cap. dam. Concil. Florentin. ſub Eugen. IV. S. Cypr de Spiritu ſancto. S. Chryſ. hom. de Spiritu S. t. 3. S. Leo Tract. 2. adu. Eutychet. &c. S. Greg. homi. 26. in Euang. & homil. 5. in Ezechiel. S. Bern. l. 5. de conſid. c. 7. & 8. Mag. in 1. diſt. 17.

Ergo id habet ex vi ſuæ proceſſionis formaliter.

Ergo eius proceſsio erit generatio.

Reſpondeo. Quicquid habet Spiritus Sanctus, habet ex vi ſuæ proceſsionis formaliter, ideſt ex vi eorum, quæ ſaltem ratione noſtri modi concipiendi, dicuntur pertinere ad rationem formalem alicuius rei, quale eſt genus, & differentia, vel ex vi eorum, quæ ſe habent per modum generis, & differentiæ in ijs, in quibus non eſt proprium genus, & differentia; negatur.

Nam de ratione procedentis, vt amor in genere non eſt, vt procedat ſimile: ſicut de ratione procedentis per intellectum eſt, vt procedat ſimile.

S. Th. p. p. q. 35 a. 2. in corp. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 14.

Quare, ſi Spiritus Sanctus, qui procedit vt amor, procedit conſubſtantialis Patri, & Filio; id erit, quia procedit vt amor Diuinus,

qui cum ſit terminus actionis ad intra; neceſſe eſt, vt procedat conſubſtantialis eidem Patri, & Filio, qui eandem numero ſubſtantiam illi communicant: & omnis actio ad intra, ſeu immanens in Deo, debet habere terminum perfectiſsimum, & qui ſit conſubſtantialis ipſi producenti: [a] implicat enim contradictionem in Deo per eſſentiam exiſtente, eſſe aliquid accidentale, vel creatum; quia nihil Deo conuenire poteſt, aut accidentis rationem habens, aut dependenter ab alio natura diſtincto.

Quamobrem Spiritus Sãctus ideo habet, vt procedat conſubſtantialis Patri, & Filio; quia a principio, qui eſt Deus, nihil ad intra procedere poteſt, quod non ſit Deus.

Id ergo conueniet Spiritui Sancto ratione principij a quo, non autem ratione eorum, quæ in eius proceſſione generis, aut differentiæ locum habent.

Et hæc eſt, quam notare potuimus differentiam inter Filij generationem, & Spiritus Sancti proceſſionem: Quæ ſi cuiquam minus apta videatur; Fide credat cũ Eccleſia, quod eiuſdem Eccleſiæ lumina [a] Auguſtinus, [b] Damaſcenus, [c] Nazianzenus, [d] Chryſoſtomus, & [e] alij, quos pari veneramur cultu, ad Fidei meritum, & humilitatis exemplum ſe neſcire confeſſi ſunt. Non enim hic in via, vbi per ſpecu-

Conc. Tolet 6 8. 11. 12. & 13. Cõc. Arelat. 4 ſub Leon. III. Cõc. Lateran. ſub Innoc. III Conc. Floren. ſub Eug. IV. S. Hier. dial. 2. adu. Pelagian. cap. 6. S. Aug. lib. 4. de Trin. c. 10. & l. 5. c. 9 S. Leo epi. 93. ad Turribium c. 1. S. Damaſc. li. 1. ort. fid c 6 & 7. S. Th. p. p. q. 27. a. 3. ad 2. q. 30. a. 2. ad 2. q. 35. a. 2.

a S. Atha. or. con. Idola. S. Hilar. enarrat. in Pſ. 52. S. Aug. li. 5. de Trin. c. 5. & l. 3. cõ Maxim. c. 13. S. Cyrill. li. 1. Theſ. c. 8. & l. 1. & 9. de Trin. S. Chryſoſt. t. 3. ſer. de S. Trinit. S. Leo epi. 93. decretali c. 5. S. Tho. p. p. q. 3 art. 6. & qu. 40. a. 1. ad 1. Bellar. li. 2. de Christo c. 6. 9 & 10.

a L. 3. cõ. Max. c. 14. li. 15. de Trini c. 27. & Tract. 36. & 99 ĩ Io. b L. 1. orth. fid. ca. 9. & 10. c orat. 37 de Spiritu S. d homil. 1. de

ſpeculum, & in ænigmate inuiſibilia Dei cognoſcimus, rerũ, quas fide credimus, eſt euidentia quærenda: ſed ſat eſt, ſi ad ea, quæ obijciuntur reſpondentes, ſibi inuicem contradicentia, ſeu pugnantia dixiſſe non videamur, vel dicere cogamur.

incomprehẽſibili Dei naturæ.

e S. Cypr. in præf. ad Corn. Bap. s. Athan. ep. ad Serapionem. S. Baſil. lib. 5. con. Eunom. s. Bern. ſerm. 2. in feſt. Pentec. & li. 5. de conſid. c. 8.

QVAERITVR SEXTO.

An ſint plures proceſsiones in diuinis, quàm duæ.

RESPONDEO, duas tantum eſſe proceſſiones in diuinis.

Probatur. Tot ſunt proceſſiones in diuinis, quot sũt modi, quibus ad intra poteſt communicari eſſentia diuina.

a S. Tho. p. p. qu. 27. a. 5. i corp.

Sed duo ſunt tantum modi, quibus communicatur eſſentia diuina, ſcilicet per intellectum, & voluntatem.

Scot. li. 1. diſt. 13. q. vnica.

Ergo duæ ſunt tantum proceſſiones in diuinis.

Minor probatur. Nam in Deo non eſt cõſiderare principium, quo, actionis immanentis, niſi intellectum, & voluntatem.

b S. Tho. p. p. q. 27. a. 5. in corp.

Ergo non eſt conſiderare in Deo, niſi proceſſionem, quæ eſt per modum intellectus, & voluntatis.

Modus autem, quo per intellectum diuina eſſentia communicatur, perfectè, & adæquatè ſaluatur in generatione Filij, qua [a] Filius a Patre procedit per veram generationem Deus verus de Deo vero conſubſtantialis Patri.

Item modus, quo per voluntatem communicatur diuina eſſentia per proceſſionem, ſeu ſpirationem Spiritui Sancto, perfectè, & adæquatè ſaluatur in proceſſione Spiritus Sancti, [b] qui procedit a Patre, & Filio eiuſdem naturæ, ſubſtantiæ, ſeu eſſentiæ, Deus verus de Deo vero, qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur.

Idq; confirmatur ex eo, quod tot ponendæ ſint proceſſiones in diuinis, quot neceſſariæ ſunt ad ſaluandam Trinitatem perſonarum in vnitate naturæ, ſubſtantiæ, ſeu eſſentiæ.

Sed ad ſaluandam Trinitatem perſonarum in vnitate ſubſtantiæ, naturæ, ſeu eſſentiæ, ſufficit proceſſio Verbi, qua Filius a Patre tantum procedens, eſt illi conſubſtantialis, & coæternus: Et proceſſio Spiritus Sancti, qua in vnitate ſubſtantiæ procedit Spiritus Sanctus a Patre, & Filio per voluntatem.

Ergo non ſunt ponendæ plures proceſſiones, quàm duæ, vt loquuntur ad intra, in diuinis.

[a] Cóc. Nic. 1. Conſtâtinop. 1. Epheſin. & Calcedonẽ. in ſymbolo. Cóc. Tolet. 1. 4. & 6. S. Hilar. l. 2. & 12. de Trinit. S. Baſ. hom. de fide, & li. 1. & 2. cõt. Eunom. S. Cyril lib. 2. Theſ. c. 1. & 2. Beda in expoſit. 1. ep. Io. l. 1. 2. & 3. de Tri.

[b] Cóc. Arel. 4. ſub Leon III. Conci. Vvorma. ſub Adriano II. Concil. Later. ſub Innoc. III. Cóc. Florent. ſub Eug. IV. S. Ath. in ſymbol. & ep. 1. ad Serapionẽ de Spiritu S. S. Hilar. li. 12. de Trin. S. Baſil. li. 2. & 3. cõt. Eunom. Nazian. or. 49. Nyſſen. ad Euſtachium de S. Trin. S. Io. Chryſoſ. hom. 1. & 2. in expoſit. ſymb. Apoſt. S. Aug. l. 15. de Trin. cap. 26. S. Leo ſer. 1. de Pẽt. c. 3. & ſerm. 2. cap. 2. S. Tho. p. p. q. 27. ar. 5. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 17.

OBII-

OBIICIES I.

IN Filio, & Spiritu Sancto eſt idem intellectus, qui eſt in Patre.

Sed in Patre intelligente, ac dicente Verbum, intellectus eſt principium, quo, generationis Filij.

Ergo pari ratione in Filio, & Spiritu Sancto idẽ intellectus erit principium, quo, producendi Verbum.

Non Filium, qui eſt [a] ſecunda Sanctiſsimæ Trinitatis perſona. Nam Filius, cum ſibi ipſi non opponatur, nec a ſe ipſo procedere poteſt.

Et Spiritus Sanctus, cum a Patre, & Filio procedat, non eſt principium producendi Filium.

Ergo, ſi in Filio, & Spiritu Sancto eſt intellectus, qui eſt principium, quo, producendi Verbum, debent Filius, & Spiritus Sanctus producere aliud Verbum; & per conſequens alia proceſſione: atque ita erunt plures, quàm duæ proceſſiones in diuinis.

Reſpondetur. In Filio eſt id, quod in Patre eſt principium, quo, generandi Filium. Eſt enim in Filio eſſentia diuina, quæ eſt intellectus, & intelligendi actus. Sed in ipſo non eſt principium, quo, vel generandi ſe ipſum, vel producendi aliud Verbum: nam in ipſo

S. Aug. lib. 15. de Trin. c. 13. 14. 15. & 16. S. Tho. p.p. q. 14. ar. 4. q. 27. a. 2. q. 34. ar. 2. ad 1. q. 41. a. 4. ad 3. Bellar. li. 2. de Christo c. 17. S. Th. p.p. q. 27 art. 1. 2. & 3.

[a] Mat. 28. Io. 14. Symbolũ Apoſtol. Conc. Nicæn. primum. S. Athan. in ſymbol.

Conc. Laterã. ſub Innoc. III cap. dam. Nazian or. 37 S. Hier. in interpret. lib. 2. Didym. S. Aug. l. 15. de Trinit. c 14. & l. 3. con. Max. cap. 13.

Chryſ. ſer. de S. Trin. S. Leo ſer. 2. de Pét. S. Tho. q. 14. p.par.2.& 4. Bellar. li. 1. de Chriſto c. 6. a S. Th. p.p. q. 34 a. 2. ad 4. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 13. b Matt. 28. Io. 14. & 15. Act. 2. 1. Petr. 1. Symb. Apoſt. Conc. Nicæn. 1. in ſymbol. Quinta Synodus Conſtãtinop. Cõc. Tolet. 1. 4. 6. 8. & 11. Concil. 4. Arelat. Conc. Later ſub Innoc. III. c fir. & c. dam. de ſum. Trinit. & fid. Cath.

ipſo eſſentia diuina, quatenus eſt intellectus, & intelligendi actus, non [a] connotat relationem dicentis, vel generantis, ſed procedentis, & geniti: aliàs aut Filius generaretur a ſe ipſo, aut generaret alium Filium. Se ipſum autem generare non poteſt; quia ſibi ipſi relatiuè opponeretur, & a ſe ipſo diſtingueretur; quo nihil abſurdius.

At ſi generaret alium Filium, vel produceret aliud Verbum, contra fidem [b], vltra ternarium numerum diuinæ perſonæ multiplicarentur.

Ita & in Spiritu Sancto dici poteſt, eſſe id, quod in Patre, & Filio eſt principium, quo, producendi Spiritum Sanctum. Eſt enim in Spiritu Sancto eſſentia diuina, quæ quatenus voluntas, eſt principium, quo, producendi Spiritum Sanctum; & quatenus voluntatis actus, eſt actio, qua producitur Spiritus Sanctus: ſed in ipſo non eſt vt connotans relationẽ ſpirantis, aut ſpiratoris, ſed procedentis.

Bellar. li. 2. de Chriſto c. 13.

Nec eſt abſurdum, ab vna, eademq́; re diuerſa, vel diſtincta connotante, plura diuerſimode nominari: a motu enim agens denominatur mouere, & patiens moueri, quamuis motus ſit vna, eademq́; res, quæ diuerſimodè conſiderata & actio, & paſſio, & motus dicitur.

Ariſt. l. 3. phyſ cap. 6.

Ergo pari ratione non erit abſurdum, ſi dica-

S. Aug. l. 15. de Trin. c. 14.

dicamus, vnam, ac ſimpliciſsimam in tribus perſonis diuinam eſſentiam, quatenus formaliter eſt intellectus, & intelligendi actus in æterno Patre eſſe generandi potentiam, & generationem; quia connotat genitoris relationem: & in Filio eſſe, non tanquam in genitore, ſed tanquam in genito.

S. Tho. p. p. q. 34. a. 2. ad 4. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 13.

Sicut & in Patre, & Filio diuina eſſentia, qua ratione voluntas, eſt principium, quo, ſpirandi Spiritum Sanctum; & qua ratione voluntatis, amandiq; actus, actiua Spiritus Sancti ſpiratio.

Et in Spiritu Sancto eſt eadem eſſentia, quæ eſt idem cum voluntate, & voluntatis actu, non connotans ſpiratoris, aut ſpirantis relationē; ſed procedentis ſpiritus, & amoris.

Et ideo non dicitur Spiritus Sanctus ſe ipſum, aut alium Spiritum Sanctum producere: aliàs aut ſe ipſum produceret (quod eſt maximè abſurdum), aut vltra ternarium, multiplicaretur numerus perſonarum.

Quinimo ſi hæc ratio quicquam probaret, daretur proceſſus in infinitum in proceſſione diuinarum perſonarum.

Siſtendum igitur eſt in prima proceſsione, qua [a] Verbum ab æterno Patre ante ſecularia tempora per intellectum, per veram generationem conſubſtantiale procedit. Et in proceſsione [b] Spiritus Sancti, qui a Patre, & Filio

a Prouerb. 8. Io. 1. 7. & 8. Cōc. Nicæ. 1. Conci. Tolet. 4. 6. & 11. Concil. Later. ſub Innoc. III cap. fir. & cap. dam.

Filio per voluntatem conſubſtantialis procedens, cum vtroque ſimul adoratur, & conglorificatur.

Quod ſi ex dictis inferas. Ergo non eſt neceſſarium, vt Deus intelligendo producat Verbum; quia Filius, & Spiritus Sanctus ſunt vnus, & idem [c] Deus, qui Pater; & verè idem intelligunt[d], quod Pater intelligit, & eodem intelligendi actu, qui eſt diuina eſſentia; & tamen intelligendo non dicunt Verbum, ſeu quod idem eſt, non generant Filium.

Reſpondetur. Pater, Filius, & Spiritus Sanctus intelligunt eodem intelligendi actu, qui eſt diuina eſſentia: ſed ſolus Pater intelligendo dicit Verbum, vel producit Filium; quia intelligendi actus, qui eſt diuina eſſentia, in Patre eſt, vt in eo, qui intelligendo dicit Verbum, per veram generationem communicans Filio eandem eſſentiam, ſeu ſubſtantiam, quæ eſt idem cum intellectu, & intelligendi actu.

[e] In Filio autem eſt idem intellectus, & intelligendi actus, qui eſt in Patre; ſed vt illi per generationem a Patre communicatus.

[f] Quare neceſſe eſt ſolum Patrem intelligendo dicere: quia in ſolo Patre eſt intelligere

S.Baſil. hom. 1 c. 1. Ioan. Cyril. l. 2. de Trinit. S.Greg. l. 23. moral. in cap. 33. Iob. S.Tho. p.p. q. 27. a 2 3 & 5. b Mat. 28. Io. 15. & 16. Act. 5. Conc. Floren. ſub Eug. IV. S.Athan. diſp. con. Arium in Nicæ. Synod. Epiph. hæreſi 62. & 74. Nyſſen. orat. catechetica ca. 2. S.Hilar. l. 2. & 12. de Trini. S.Ambr. lib. 3. de Spiritu S. c. 10. 11. 19. & 23. S. Aug. l. 2. con. Maximi. c. 11. & l. 3. c. 21 S.Chryſo ſer. de Spiritu S. de conſubſtātiali Trinitate, & ſerm. de fide, lege naturæ, & ſancto Spiritu. Damaſc. li. 1. ortho. fid. c. 7. & 10. Magiſt. lib. 1. diſt 17. c S. Athan. in ſymbol. S. Cyrill. li. 4. & 7. de Trin. d S. Hier. in interpret. lib. 1. Didym. de Spiritu ſanct. S. Aug. li. 1. de Trin. cap. 4. & l. 3. con Maxim. cap. 13. S. Leo ep. 93 decretal. ad Turribium Epiſc. c 1. & 5. S. Aug. l. 15. de Trin. cap. 14. S. Tho p.p. q. 14. a. 2. & 4. qu. 34. a. 2. ad prim. Bellarm. lib 1. de Chriſto cap 6. & l. 2. c. 13. & 17. e S. Aug. l. 7. de Trin. c. 2. & 4. S. Th. p.p. q. 34. a. 2. ad 4. Bellar. l. 2. de Chriſto c. 13 & 17. f S. Aug. lib. 15. de Trin. cap 14. S. Thom. p.p. qu. 37. a. 2. Bellarm. lib. 2. de Chriſto cap. 13.

gere, connotans relationem dicentis,& producentis.

Eodem modo Spiritus Sanctus intelligendo nõ dicit Verbũ; quia Spiritus Sãctus,licet intelligat eodem intelligendi actu, & per ſui eſſentiam, ſicut Pater, & Filius; intelligit tamen per ſui eſſentiam, ſibi a Patre, & Filio communicatam.

S. Hier. in interpret.l.1.Didym.de Spiritu ſanct.

Filius enim,& Spiritus Sanctus ſunt Deus verus de Deo vero. Nam Filius[a] Deus eſt: quia a Patre per veram generationem eſt illi communicata diuina eſſentia,quæ eſt intelligendi facultas, & actus.

Et[b] Spiritus Sanctus Deus eſt: quia a Patre, & Filio per proceſſionem, quæ ſpiratio dicitur, eſt illi communicata eadem diuina eſſentia,quæ eſt intelligẽdi facultas, & actus.

[c] Et hoc eſt,quod in ſcholis dicunt, in tribus diuinis perſonis eſſe eundem intelligendi actum, ſi abſolutè ſumatur ipſum intelligere, non autem notionaliter:abſolute enim intelligere dicunt, eſſe actum intelligendi, etiam ſi non connotet relationem dicentis.

Notionaliter autem, eſſe eundem intelligendi actum, quatenus connotat relationem dicentis, ac generantis, quæ in ſolo Patre re-

F peritur;

a Conc. Nic. Cõc.Sardicẽſ. Cõc. Tolet.4. 5.6.& 11. s.Athan.or.5. con.Arian. Nazian.in carminibus de Filio. S.Ambro. l.1. de fid.c.8. S.Hier li.6.in Ezech. ca.18. in c.1. ad Galatas,& ĩ c.4. ad Epheſios. s.Chryſo. ſer. de s.Trin. S.Aug. Tract. 31.& 36.in Io.& ſer.6.de verbis Domini cap.4. Boet.lib.1.de Trin. S.Greg. in ſymbolo. Beda in c.5.7, 8: & 10.Ioan. S.Tho p.p q. 34.a.3. ad 1.

b Conc.Arelatenſ.4. Cõc.Lateran. cap.firm. Conc.Floren.ſub Eugen.IV. Athan.in Nicæn. Conc.diſp.con.Ariũ. s.Baſil.l.5.con.Eunom.& de Spiritu s.ad Amphiloch.c.16. Nazianz or.52.& in carm.de s.Spiritu,Epiph.con.Sabellian.hæreſ.62.Nyſſen.ad Euſtach. de s.Trin.& quod Spũs ſanctus Deus ſit.Cyrill Alex.l.13.Theſ.c.1.& 2.Damaſc.l.1.orth.fid.c.7.& 10.s.Hilar.l.2.& 12.de Trin.S.Ambr.l.3.de Spiritu s.c.10.11.& 23.S.Hier.ad Hediblã q.9. S.Aug.l.2.con.Maxim.c.11.& l.3.c.21.& l.1,de Trin.c.6.S.Leo ſer.2.de Pent.cap.2.

s. Bern. ſer. 1. de Pët. & ſer. de paſſione Dñi. c. Suar. l. 1. de Trin. c. 7. & l. 3. c. 11. Hier. Flor. l. 2. de Trin. de acti. notionalibus.

peritur; qui eſt principium non de principio, non genitus, nec procedens, ſed & geniti filij, & ab vtroque procedentis Spiritus Sancti principium.

S. Baſ. hom. de fid. & l. 2. con. Eunom. S. Athan. in ſymb. & ep. con. heret. in expoſit. fid. Nazia. or. 13. & 23. S. Damaſc. l. 1. orth. fid. c. 8. 9. 10 & 11. S. Tho. p. p. q. 33. a. 4. & p. p. q. 34. a. 2. ad 4. Bellar. li. 2. de Christo c. 13.

Cum igitur in filio, & Spiritu Sancto intelligendi actus non connotet relationem dicentis, vel genitoris; in filio, ac Spiritu Sancto intelligendi actus non eſt actio, qua generent filium, aut dicant Verbum: quamuis ſit idem intellectus, & intelligendi actus, qui eſt in Patre, ſed non connotans relationem dicentis, aut generantis. Id vero, quod de intellectu, & intelligendi actu diximus in proceſſione filij, ſuo modo transferri poteſt ad voluntatem, ac voluntatis actum in proceſſione Spiritus Sancti, in quo voluntas, & voluntatis actus non ſpiratoris, ſed procedentis a Patre, & Filio relationem connotat.

OBIICIES vlterius.

Magiſt. in 1. diſt 26. S. Tho. p. p. q. 41. a. 1. ad 2.

RElatio Patris per modum originis ſignificata, dicitur eſſe generatio.

Ergo non eſt connotatum actionis, qua Pater producit Verbum.

Re-

Quod vlterius obijcitur, ſi alicui difficile videatur, ſciat, illud non tam poſitum eſſe ad rem ipſam explicandam, quam ad Angelici Doctoris declarandum ſenſum, quo nihil ſibi contrarium, aut repugnans dixiſſe cognoſcamus.

Reſpondetur, paternitatem per modum originis ſignificatam, non diſtingui ab actu intelligendi Patris, quatenus connotat relationem Patris dicentis Verbum, ac gignentis Filium.

Quinimo etiam, cum paternitas, & intelligendi actus in Patre non relatiuè opponantur, verum eſt vnum de alio affirmare.

Poteſt enim dici re ipſa in Patre paternitas idem eſt, atque intelligendi actus;

Quemadmodum & relationes eſſentiæ ſi comparentur, idem cum ea eſſe dicuntur.

Hoc autem non repugnat ijs, quæ diximus: nã bene intelligitur, & explicatur, quomodo paternitas, quæ eſt relatio Patris per modum originis ſignificata, ſit intelligendi actus, relationem dicentis, ac generantis Patris connotans.

Cõc. Rhemẽſe ſub Eug. 3. Conc. Later. ſub Innoc. 3. c. dam. s. Aug. l. 15. de Trinit. c 14. s. Bern l. 5. de cõſid. c. 7. & 8. S. Tho. p. p. q. 28. a. 2. q. 40 a. 1. Bellar. l. 2. de Chriſto ca. 8. & 9.

Per modum enim originis ſignificata paternitas, eſt actus intelligẽdi Patris, quo producit Verbum: & per conſequens in formali generationis conceptu intelligendi actus in recto, & principaliter ſignificatur, relatio autem in obliquo, & vt connotatum exprimitur. Et hoc modo ſi loquamur, melius intelligimus, quomodo Filius per actum intelligendi a Patre dicente, ac generãte, vti Ver-

S. Baſil. hom. ĩ cap. 1. Ioan. Naziã. or. 36. de Filio. S. Cyrill. li. 2. de Trin. s Greg. li. 23. mora. in c. 33. Iob.

bum, ac Filius per veram generationem procedat.

a p.p. qu.41. a.1.ad 2.

Et eſt id, quod S. Thomas [a] docet, relationem nempe per modum originis ſignificatam,eſſe generationem.



CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

DE RELATIONIBVS Diuinis.

QVÆ de Diuinarum Perſonarum diſtinctione dicuntur ſine, cognitione proceſſionum, atque relationum intelligi nō poſſunt. Et ideo cum capite primo de proceſſionibus actum ſit;

Nunc de relationibus agendum eſt; de quibus,

QVAERITVR PRIMO

An in Deo ſint aliquæ relationes reales.

RESPONDEO.[a] Dantur relationes in Deo reales.

Probatur; quia in Deo [b] nulla eſt diſtinctio, vbi non eſt relatiua oppoſitio.

Sed inter Patrem, Filium, & Spiritū Sanctū eſt perſonarum diſtinctio, vt [c] fide docemur. Ergo

[a] S. Tho. p. p. q. 28. ar. 1.

[b] Conc. Tolet. 11. Conc. Later. ſub Innoc. III. Naz. orat. 24. 25. & 37. Boet. li. 1. de Trin. c. 12.

Ergo etiam eſt realis relatio inter perſonas diuinas.

Hoc idem ſuadent ea, quæ ſupra diximus de proceſsionibus diuinarum perſonarum; quæ licet excludant omnem mutationem,[d] & motum; ſine relationibus tamen nec eſſe, nec concipi poſſunt.

S.Bern.li.5.de conſid.c.8. S.Tho p.p. q. 28.ar.3. q.30. a.2.q.41.ar.6. Bellar.li.2. de Chriſto c. 15. c Mat 28.Io. 14.ad Cor.13 ad Epheſ.2. 1.Io.5. ſymb. Apoſt. d S. Baſil ho.1 c.1.Io. Nyſſe. ep. adu. Apolinaré t.2.Naz. orat.23.& 35. S.Cyrill. li.2. de Trin.S.Th. p.p.q.27. a.1. & q.28. a.1. Bellar.li.2. de Chriſto c.10.

OBIICIES.

SI. darentur in Deo relationes, non eſſet ſubſtantia, quicquid in Deo reperitur; ſubſtantia enim, & relatio prædicamento, ac genere diſtinguuntur; & per conſequens, relatio inter accidentia eſt reponenda.

At aliquod accidens eſſe in Deo, vel aliquid reperiri, quod non ſit ſubſtantia, repugnat actui puro per eſſentiam exiſtenti.

Igitur relationes non ſunt in Deo ponendæ.

Reſpondetur, falſum eſſe, ſi ponantur relationes in Deo, non futurum eſſe ſubſtantiam, quicquid in Deo reperitur: nam etiam relatio [e] ipſa in Deo ſubſtantia eſt, non autem accidens.

Quare licet verè, ac propriè vna perſona relatione ad aliam referatur, illa tamen relatio nulli inhæret ſubiecto, & omnino excludit eſſe in alio vti accidens, & inhærere alteri

S.Dionyſ.c.9. de diu.nom. Nyſſ.epi.adu. Apolinar.t.2. S.Aug. l.5.de Trin.c.3.4. & 5.S.Cyril.l.2. de Trin s.Leo ep.93. decretali ad Turribium Epiſc. Bellar.li.2.de Chriſto ca.6. & 9. e Cóc.Rhem. ſub Eug. III. S.Aug.li.5.de Trin.c.5. S.Leo epi.93. decretali c. 5. S.Bern.li. 5 de conſid. c.7.& 8. S.Tho. p.p. q.29. ar.4.

teri, quod appellant eſſe, in, quod maximè neceſſarium eſt, vt aliquid inter accidentia reponatur.

Sunt igitur tãtum relationes in Deo, quibus diuinæ perſonæ ad inuicem referuntur, quod appellant eſſe, ad, nec ſecum neceſſariò fert eſſe accidens, cum ſit ratio conſtitutiua, & diſtinctiua vnius perſonæ ab alia, vt infra.

Tantum igitur abeſt, vt diuinis perſonis repugnet relatio, vt neceſſe ſit, vnam perſonam conſtitui per relationem ad aliam, & in ſuo formali conceptu relationem includere.

Vt autem, quæ ad hanc difficultatem ſoluendam, adduximus, melius intelligantur;

Bellar. li. 2. de Chriſto c. 15. & 16. S. Th. p. p. qu. 28. ar. 2. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 9.

S. Tho. p. p. q. 28. ar. 2.

Conc. Later. ſub Innoc. 3. S. Aug. l. 5. de Trin. cap 5. S. Cyril. lib. 7. Theſ. cap. 1. S. Bern. l. 5. de conſid. c. 8. S. Tho. qu. 40. ar. 2.

QVÆRITVR SECVNDO.

An relatio in Deo ſit idem, quod ſua eſſentia.

RESPONDETVR. Relationes [a] in Deo ſunt idem realiter cum eſſentia diuina.

Probatur, quia in [b] Deo nulla eſt diſtinctio, vbi non eſt relatiua oppoſitio.

Sed [c] inter eſſentiam, & relationes diuinas nulla eſt relatiua oppoſitio.

Ergo neque etiam eſt realis diſtinctio inter

a Conc. Rhemen. ſub Eug. III. Conc. Later. ſub Innoc. III. cap. dam. Conc. Floren. ſeſſ. 18. & 19. s. Aug. li. 7. de Trin. s. Tho. p. p. q. 28. ar. 2. q. 40. art. 1. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 9.

b Cõc. Tol. 11

ter relationes, & eſſentiam diuinam. Oppoſitio enim relatiua in perſonis diuinis eſt, quia vna procedit ab alia.

Sed neque relatio eſt principium, a quo procedat eſſentia; neque etiam relatio ab eſſentia procedit.

Ergo inter eſſentiam diuinam, & relationes non eſt oppoſitio relatiua.

[d] Eſſentia enim neque generat, neq; generatur a relatione; neque alio modo aut relatio procedit ab eſſentia, aut eſſentia a relatione.

S.Athan. con. Anomæos. Naziā.orat.5. de Theologi. Baſil.l.2. con. Eunom. Nyſſen.lib.ad Ablabium. S Aug.l.7. de Trin. c.vlt. & lib.15. c.14. Cyrill. lib. 1. Theſ.c.1.li.3. c. 1. Damaſc. l.1.orth.fid.c. 2. Boet.l.1.de Trin. cap.12. S.Bern.ſer.3. ī Vigil.Natalis Dñi. S.Tho.p. p.q.28.ar.3.q. 30.ar.2.q 36. ar.4.Bellar.li. 2. de Chriſto c.15.& 16.

c S.Tho.p.p. q.28.a.2.

d Cōc.Later. ſub Innoc.III. S.Aug.li.7.de Trin.c.1. Magiſt. in 1. diſt.5. Bellar.li.2. de Chriſto ca.7. & 8.

OBIICIES I.

SI relationes non diſtinguerentur realiter ab eſſentia diuina, in Deo non eſſent realiter duorum prædicamentorum rationes, ſcilicet ſubſtantiæ, & relationis; quia relatio, & ſubſtantia ſunt idem.

Ergo ad vnum tantum prædicamentum pertinerent, & hoc maximè eſſet ſubſtantia. Nam [e] relatio etiam in Deo ſubſtantia eſt.

Reſpōdetur. Eſto, verum ſit, quemadmodum eſt veriſſimum, relationem non diſtingui realiter ab eſſentia:

Hinc tamen non ſequitur, in Deo non eſſe duorum prædicamentorum rationes, ſubſtātiæ ſcilicet, & relationis: ad hoc enim,

e Magiſ.in 1. diſt.5. S.Tho. p.p.q.28.a.2. S.Hilar.l.3.de Trin. s.Baſil.l. 2. cō.Eunom. Naziā. or.25. 51.& 37.s.Augu.l 7 de Tri. S.Cyril.lib.1. Theſ. cap.1.

vt aliqua ſint in diſtinctis prædicamentis, ſeu ſummis generibus, ſat eſt, vt ratione diſtinguantur, ſicut actio, & paſſio, quæ cum ſint idem re, ratione tamen diſtinguuntur, & ad duo ſpectant prædicamenta, ex [a] Philoſophi ab omnibus recepta ſententia.

S.Bern. l.5.de conſid.c.7. & 8.& ſer.2. de Natiu. Dom. Bellar.li.2.de Chriſto c.15. & 16. S.Aug.li.5.de Trin. c.5. S.Tho. p.p.q. 39.a.1. ad 2.

[a] In Lib.Prædicam.& li.3. Phyſ.c.6.

At dices. Si ſat eſt diſtinctio rationis, vt quæ in Deo ſunt, ad duo prædicamenta referantur; cur non etiam cæterorum prædicamentorum rationes in Deo reperiantur, vt qualitatis, verbi gratia; cum ſit ſapiens, iuſtus, & alia huiuſmodi, quæ de Deo prædicantur, & in humanis, ad quorum ſimilitudinem concipimus diuina, hæc non ſubſtantiæ, ſed qualitatis rationem habeant?

Reſpondeo. Ideo duorum tantũ prædicamentorum rationes in Deo admitti, quia duo tantum prædicamenta, ſubſtantia nempè, & relatio in vniuerſaliſſima ſui ratione, qua diſtinguuntur ab ijs, quæ ſunt in alijs prædicamentis, nõ inuoluunt alteri inhærere, vel alterius accidens eſſe: ſubſtantia enim dicit quid per ſe exiſtens, & relatio ad aliud referri, vel ſe habere.

S.Thom. p.p. q.28.a.2. Bellar.li.2.de Chriſto c.9.

At verò qualitas, & quantitas, & alia accidentia in communiſſima, & propria eorum ratione dicũt alteri inhærere, vel alteri adiacere, vel accidentaliter aliud afficere.

Quæ omnia diuinis, vel quæ in Deo ſunt, [a] repugnant.

Idq; maximè conſideratur in ijs, quæ dicuntur accidentia, quia verè alteri inhærent, vt ſunt quantitas, & qualitas; qualia non ſunt ea, quæ ratione tantum modi adiacendi, accidentia dicuntur, vt habitus, ſeu veſtitum eſſe, quod non ideò dicitur accidens, quia ſubiecto inhæreat, ſed quia ita adiacet, vt poſſit adeſſe, & abeſſe ab eo, cui adiacet, abſque ſubiecti deſtructione: ſecundum quam rationem etiam in Deo accidens eſſe, repugnat: Nam hæc etiam prædicamenta, Habitus, Vbi, Quando, & Situs, dicunt modum quendam adiacendi, qui corpus, ſeu quantitem ſequitur, [b] quæ de Deo per eſſentiam exiſtente, neganda ſunt. Paſſio autem in Deo eſſe non poteſt; quia ſemper cum motu eſt, [c] qui in eo, qui per eſſentiam exiſtit non eſt concedendus. Ab actione verò ſi motum remoueas, remanet tantum relatio, vt optimè docet S. Thomas[d].

Quamobrem neque actio, quæ ad intra in diuinis ponitur, aliquid dicit præter relationem, [e] quæ ratione tantum ab eſſentia diſtinguitur.

Actio autem ad extra, quam tranſeuntem appellant, in Deo nihil aliud dicit, quàm habere

a Cōc. Later. ſub Innoc. III. S. Atha. ep. ad Epiſc. Africanos, & or. cō. idola. s. Hilar. enarrat. in pſ. 52. S. Baſil. ep. 141. ad Cæſarian. Nazian. orat. 13. & 23. S. Chryſ. ſer. de s. Trinit. S. Aug. l. 5. de Trin. c. 2. 3. 4. 5. & 10. S. Leo ep. 93. decretali, Magiſt. in 1. diſt. 26. S. Tho. p. p. q. 3. a. 6. q. 30. ar. 3. q. 40. a. 1. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 6.

b Io. 1. S. Ath. or. cō. Idola, & diſp. cō. Ariū, Naziāz. orat. 34. & 45 S. Aug. li. 1, de Trin. c. 1. li. 6. cap. 7. S. Leo Tract. cō. Eutychet. &c. & ep. 93. decretal. ad Turribium c. 5. S. Tho. p. p. q. 28. a. 2. & 4. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 9.

c Malachi. 3. Num. 23. Pſ. 101. Iacob. 1, Concil. Lateran. ſub Innocen. III.

bere creaturas a ſe dependentes,[f] quæ non ſolum dum primò fiunt, ſed etiam poſtquam factæ ſunt, neceſſariò a Deo dependent; quia non poſſunt conſeruari in eſſe, niſi ab ipſo Deo dependeant.

Et cum ab hac actione extrinſecè denominetur Deus, melius hæc actio dicitur eſſe a Deo, quam in Deo eſſe; vnde negatur de Deo tanquam de principio in quo, non autem tanquam de principio a quo, vt a Deo remoueatur, quicquid accidentis rationem induit.

Quare nihil eſt in Deo, a quo denominetur agens, niſi producendi potentia,[g] quæ idem eſt cum eſſentia, & ſubſtantia Dei: Et ideo nihil in Deo ponitur, a quo intrinſecè denominari poſſit, niſi [h] ſubſtantia, & relatio, quæ excludunt omnem imperfectionem, nihilq; connotant, quod ſi in Deo ponatur, imperfectionem includat.

Quod ſi hæc intellectu difficiliora dicas; Sciendum eſt ex S. Auguſtino [i], nullum hominum ita locutum eſſe, vt in omnibus ab omnibus intelligeretur. Neque hæc ita ſunt difficilia cognitu, vt, qui prædicamentorum notitiam habuerit, aliquo labore adhibito, vel requiſito explicante Doctore, ea facili negotio intelligere non poſſit.

Et ad ſoluendas omnes, quæ in contra-

S. Dionyſ. c 9. de diu. nom. S. Baſ. hom. in c. 1. Ioan. Hom. de fide, & l. 2. cō. Eunom. Naziāz. orat. 13. & 23. Nyſs. ep. adu. Apolinar. c. 2. S. Ambr. li. 1. de fid. ad Gratia. c. 9 S. Aug. l. 1. de Trin. c. 1. & li. 5. c. 2. S Leo epi 93. decreta. c. 5. S. Greg. li. 12. mor. c. 17.

d p. p q 41. a. 1. ad 2.

e & q. 28. a. 2.

f s. Hier. in c. 3. ad Epheſ. & ep. 57. ad Damasū. s. Aug. li. 1. & 5. de Trin. & lib. 7. confeſſ c. 11. Boet. l. de hebdomad. cap. 1 S. Bern. l. 5. de conſid. c. 6. S. Th. p. p. q. 9. 2. 2. q. 104. a. 1 2. & 3.

g Chryſ. hō. 1. & 2. in expoſit. ſymbol. Apoſ. or. 1. de Trin. & hō. de Spiritu ſanct. S. Leo ſer. 1. de Pentec cap 3. S. Damaſc. l. 1. ort. fid. cap. 8. 10. & 11.

h S. Tho. p. p. q. 28. a. 2.

i l. 1. de Trin. cap. 3.

rium ducuntur difficultates, ſat eſt intelligere, nullius prædicamẽti rationem in Deo ponendam, a qua intrinſecè Deus denominetur, quæ ad ſubſtantiam, aut relationem non reducatur, & remouendas a Deo, etiam eorum prædicamentorum rationes, quæ inhærentiam excludunt, ſi accidens, aut accidentis modum vel includant, vel ſequantur.

Verum inſtabis vlterius: Hinc videntur ſequi pugnantia ijs, quæ dicta ſunt cap.2. de Simplicitate Dei Tractatus primi[a]; vbi diximus, in Deo nullum propriè reperiri genus, cum non vniuocè cum ijs, quæ in prædicamento ponũtur, conuenire poſſit: nihil enim in Deo eſt, cui non conueniat eſſe per[b] eſſentiam: ijs autem rebus, quæ in prædicamẽto ſunt, per participationem conuenit eſſe.

Reſpondeo. Nos hìc non aſſerere duorum prædicamentorum rationes in Deo poni, quibus vniuocè conueniat cum ijs, quæ in prædicamento ponuntur: ſed dicimus, in Deo eſſe duorum prædicamentorum rationes; quia a Deo, & ijs, quæ in prædicamento ponuntur, abſtrahitur ratio quædam communis analogica, quæ de Deo, & creaturis prædicatur formaliter, vt eſſe ſubſtantiam, & ad aliud referri, vel relatiuum eſſe: quæ non vniuocè de Deo, & creaturis prædicantur.

At verò non poteſt a Deo, vel ab aliquo, quod

[a] Quæſito 2.

S. Dion. c. 1. de diu. nom.

[b] Exod. 3. Sapien. 11. Naz. or. 42. & 49. S. Hier. ep. 57. ad Damaſum quoniã vetuſto. S. Aug. l. 7 confeſſ. c. 11. Chryſ. ſer. de s. Trin. t. 3. S. Damaſc. l. 1. orth. fid. c. 12. S. Bern li. 5 de conſid. c. 6. S. Tho. p. p. q. 3. ar. 4.

quod in Deo ſit; & quantitate, vel qualitate abſtrahi ratio quædam communis, quæ de Deo,& creaturis formaliter prædicetur, non enim [a] formaliter quantus,aut qualis verè,ac propriè Deus eſſe, aut denominari poteſt.

Ens autem, quod a Deo, & creaturis abſtractum,de ijs analogicè prædicatur, nullius prædicamenti rationem, aut denominationem ſortitur,quemadmodum quãtitas, qualitas, & cætera.

[a] S.Dion.c.9. de diu.nom. S.Ath.ora.cõ. Idola,& diſp. con. Arium. Nazianz.ora. 34.& 45. S.Ambro.l.2. de Spiritu S. c. 10. Nyſſen. in c.1. Geneſ. S.Hier.in epi. ad Algaſiã q.2 S.Aug.ep.112. S.Tho. p.p. q. 3.a.1.& q.30. a.3. in corp.

OBIICIES II.

SI Relationes eſſent idem realiter cum eſſentia diuina, eſſent idem etiam realiter inter ſe, ex vulgato, ac communiſſimo Axiomate. Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe.

Sed relationes diuinæ ſunt idem cum eſſentia diuina,quæ eſt maximè vna, & ſimpliciſſima.

Conc.Laterã. ſub Innoc.III Conc.Floren. ſeſſ.18. & 19. Mag.ĩ 1. diſt. 5. S.Tho.p.p. q.29.a.4. Bellar.li.2. de Chriſto c.16.

Ergo eſſent idem inter ſe.

Reſpondetur. Quæ ſunt eadem vni tertio, quod ſit vnum re, & ratione, actu, atque virtute vnum, ea ſunt idem inter ſe. At relationes ſunt idem cum eſſentia diuina; quæ licet ſit vna re; ratione tamen, & virtualiter eſt multiplex: cum æquiualeat infinitis perfectionibus, & tribus diuinis perſonis identificetur.

Quam-

Quamobrem ob hanc virtualem multiplicitatem non valet expoſitorio argumento ex terminis puris ſingularibus tranſire ex vna perſona ad aliam; non enim ſic valet argumentari;

Hic Deus eſt Pater,
Hic Deus eſt Filius;
Ergo Filius eſt Pater.

Nam ille terminus, Deus, etſi formaliter, & actualiter ſit vnus, virtualiter tamen eſt multiplex; cum identificetur tribus perſonis realiter diſtinctis, & interdum ſupponatur pro Patre, interdum pro Filio, interdum pro Spiritu Sancto, interdum pro eſſentia, natura, ſeu ſubſtantia, quæ eſt vna, eademq; numero in tribus perſonis diſtinctis, relationibus ſubſiſtens.

Conc. Nicę. 1. Concil. Tolet. 4. 6 & 11 Conc. Arel. 4. Conc. Later. ſub Innoc. III c. firm. s. Ath. ĩ ſymb. s. Aug. ſer. 1. de Trin. t. 10. Chryſoſ. ſer. de Trin. t. 3. Boet. l. 1. & 2. de Trin. Iſidor. lib. 7. etymologiar. c. 4 Beda in ca. 5. Io. S. Bern. l 5 de conſid. c. 8. & 9. Magiſt. ĩ 1. diſt. 2. S. Th. p. p. q. 39. a. 4. & a. 5. ad 5. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 7.

Et ſic non valet argumẽtari modo ſupradicto. Nam argumentum expoſitorium non concludit, niſi in terminis actualiter, & virtualiter vnis: non enim aſſignando ſpatium, quod dicimus accliuem, vel decliuem viam, licet expoſitorio argumento inferre, accliue eſſe formaliter decliue: exempli cauſa, non valet dicere,

Hoc ſpatium eſt formaliter accliue.
Hoc ſpatium eſt formaliter decliue.
Ergo decliue formaliter eſt formaliter accliue.

Quia

Quia illud ſpatium in indiuiduo, ac ſingulariter acceptum, eoſdem connotans terminos, eſt virtualiter multiplex; & quatenus connotat terminum ſurſum pro termino a quo, & terminum deorſum pro termino ad quem, verè, & realiter nulla mentis fictione eſt formaliter decliue. Et illud idē quatenus cōnotat pro termino a quo, terminū, cui correſpondet differentia loci deorſum; & pro termino ad quem terminum, cui correſpondet differentia loci, quæ ſurſum dicitur, eſt formaliter accliue.

Non ergo rectè dicitur. Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe; niſi illud tertium ſit actualiter, & virtualiter, re, & ratione vnum.

Nec quis nos carpat, ſi in exemplo, quod adduximus, plures inueniat diſſimilitudines, quàm ſimilitudines. Nam exemplum hoc poſitum tantum eſt, ad oſtendendam argumenti fallaciam, quæ ducitur ex illo principio. Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt idem inter ſe; quando tertium illud non eſt idem re, & ratione, actu, & virtute vnum. Nihil eſt enim, quod Deo comparatum, maiorem non habeat cum eo diſſimilitudinem quàm ſimilitudinem. Cum omnis creatura in infinitum a creatore ſuo diſtet.

Conc. Later. ſub Innoc. III cap. dam. s. Hilar. l. 12. de Trin. S. Baſil. lib. 2 con. Eunom. Nazian. orat. 37. de Spiritu ſanct. S. Ambr. li. de fide con. Arianos. s. Hiero. l. cap. 4. ad Epheſ. S. Cyrill. li. 2. Theſ. c. 2. S. Damaſc. l. 1 orth. fid. c. 9.

OBII-

OBIICIES III.

SI relatio eſſet idem, quod eſſentia, Pater communicando Filio per generationem eſſentiam, communicaret etiam paternitatem: Et Pater, & Filius communicando Spiritui Sancto eſſentiam, naturam, ſeu ſubſtantiam; communicarent etiam relationes, paternitatem nempe, & filiationem. Quod ſi concedatur; & Filius eſſet Pater; & Spiritus Sanctus eſſet Pater, & Filius: quod expreſsè repugnat Fidei.

Reſpondetur. Si eſſentia, ſeu ſubſtantia, & relatio eſſent idem re, & ratione, actu, & virtute, non poſſet communicari eſſentia, non communicata relatione; conceditur.

At, licet[a] realiter eſſentia ſit idem cum relatione; ratione tamen differunt: Et ideo poteſt communicari eſſentia, non communicata relatione.

At dices. Etiam[b] eſſentia ratione diſtinguitur ab alijs attributis abſolutis; & tamen non poteſt communicari eſſentia, quin communicentur omnia attributa: quia ſunt idem realiter cum eſſentia.

Ergo pari ratione, ſi idem realiter eſt relatio cum eſſentia, non poteſt communicari vnum, non communicato alio; nec ſufficit rationis diſtinctio.

a Conc. Rhemen. ſub Eug. III. Conc. Later. ſub Innoc. III. cap. dam. Conc. Floren. ſeſſ. 18. & 19. S. Aug. li. 7. de Trin. S. Th. p. p. q. 28. a. 2. q. 29. ar. 4. q. 39. a. 1. q. 40. ar. 1. & qu 41. ar. 1. ad 2. Bellar. li. 2. de Chriſto ca. 7. 8 9. 15. & 17.

b S. Th. p. p. q. 13. 2. 4. & 12.

Reſpon-

Reſpondetur. Diſpar eſt ratio ob quam, communicata eſſentia, neceſſe eſt communicari omnia attributa abſoluta; non autem relationem: imò neceſſe eſt, relationem non communicari; quia ratione relationis opponitur relatiuè perſona generans, verbi gratia, ipſi perſonæ genitæ: non autem opponitur ratione attributorum, quæ abſoluta ſunt. Et ita non poteſt communicari eſſentia, quin communicentur omnia abſoluta.

At verò ratione relationis opponitur, verbi gratia, Pater paternitate opponitur Filio: & ideo non poteſt illi paternitatem communicare.

Quare eſſentia in Patre eſt [a] res, quæ generat: quia eſt Pater, qui generat; licet ipſa eſſentia non generet.

Et eſſentia diuina in Filio eſt res illa, quæ gignitur: quia eſt Filius, qui gignitur; quamuis ipſa [b] eſſentia non generet, neque generetur.

Et in Spiritu Sancto eſſentia eſt res illa, quæ procedit a Patre, & Filio: quia eſt Spiritus Sanctus ab vtroque procedens.

Sicut actio eſt res illa, qua patiens patitur. Et paſſio eſt res illa, qua agens agit. Actio enim, & paſſio ſunt vna, eademq; res, quæ denominat principium, a quo, agens, & principium, in quo, patiens. Nec tamen ob

a S. Tho. p. p. q. 39. a. 5. ad 5.

b Côc Later. ſub Innoc. III cap. dam. de ſum. Trini. & fide Cath. S Aug. li. 7. de Trin. c. 1. Magiſt in 1. diſ. 5 Bellar. li. 2. de Chriſto c. 7. & 8. Ariſt. li. 3. phyſic. c. 6. S. Tho. p. p. q. 41. ar. 1.

id dici poteſt, agens, qua ratione agens, pati, aut patiens, qua ratione patiens, agere.

Nam agens denominatur ab illa re, quæ eſt actio, & paſſio tanquam principium, a quo, & patiens denominatur tanquam principium, in quo;

Et ideo nec agens patitur, nec patiens agit.

Quemadmodum neque medicus ſanatur, neque ægrotus ſanat per ſe; niſi contingat eundem medicum eſſe, & ægrotare, atque ſanari.

Et via accliuis eſt res illa, quæ eſt via decliuis: quia eſt illud ſpatium, quod eſt interceptum a loco ſurſum, & deorſum: non tamen via accliuis eſt formaliter decliuis ſecũdum eam rationem, ſecundum quam eſt accliuis. Et via accliuis eſt cauſa aſcenſus, decliuisq; eſt cauſa deſcenſus; qui ſunt contrarij motus:

s. Aug. ſer. 1. in Domin prox. ante feſt. Natiu. Domini.

Ergo vna, eademq́; res poteſt eſſe idem pluribus, quæ inter ſe realiter diſtinguantur, ſi ſit virtualiter multiplex, & diſtincta realiter connotet, vel diſtinctis realiter identificetur, vt ex dictis patet.

QVÆ-

QVAERITVR TERTIO.

Quot ſint in Deo Relationes.

NON vnam tantum relationem, ſed plures relationes in Deo reperiri; quibus diuinæ perſonæ conſtituuntur, & ab inuicem diſtinguũtur, ex dictis ſatis euidenter inferri, ac deduci poteſt.

Nunc earum determinatus numerus inquiritur: cui quæſito vt ſatisfiat,

Reſpondetur. Quatuor ſunt relationes in Deo. S. Tho. p.p. q. 28.a.4.

Probatur. Tot ſunt relationes in Deo, quot neceſſariæ ſunt, vt cum Trinitate perſonarum ſaluentur duæ proceſſiones, vna per intellectum, alia per voluntatem.

Sed ad ſaluandam Trinitatem perſonarũ, & duas proceſſiones; neceſſariæ ſũt quatuor relationes, & illæ ſufficiunt.

Ergo quatuor ſunt relationes in Deo, ſcilicet, paternitas, filiatio, ſpiratio, & proceſſio: per paternitatem enim, & filiationem intelligimus ſufficienter, quomodo Pater, & Filius realiter ab inuicem diſtinguantur; per ſpirationem verò, quomodo Pater, & Filius relatiuè Spiritui Sancto opponantur; & per

proceſſionem, quomodo Spiritus Sanctus ab vtroque procedens, diſtinguatur; vt patet ex dictis, & plenius infra explicabitur.

OBIICIES I.

PAternitas, & filiatio non diſtinguuntur ab actiua ſpiratione: cum inter illas nulla ſit oppoſitio.

Ergo tres ſunt tantum relationes.

S. Tho. p.p. q. 36.a.2.1 corp. Reſpondetur. Eſto paternitas, & filiatio re non diſtinguantur a ſpiratione, ſeu a relatione, quam habet Pater, & Filius ad Spiritum Sanctum; neceſſe tamen eſt in Patre, & Filio ponere relationem, re quamuis idem paternitati, & filiationi, tamen ratione diſtinctam, per quam Pater, & Filius realiter referantur ad Spiritum Sanctum, & ab eo realiter diſtinguantur.

a p.p.q.30.a.2.ad 1. Quod ſi S. Thomas [a] dicat, ſpirationem non eſſe relatiuam proprietatem; nec alicuius perſonæ conſtitutiuam: Dicendum eſt, S. Thomam loqui de proprietate pertinente ad vnam tantum perſonam, quæ magis propriè dicitur proprietas, quàm illa, quæ ad duas pertinet, vt ex ipſo S. Thoma [b] videre licet.

b p.p.q.32.a.3.q.36 a.4.ad 1.& q. 40.a.1. ad 1.

OBII-

OBIICIES II.

INter perſonas diuinas eſt perfectiſſima ſimilitudo, & æqualitas.

Sed æqualitas, & ſimilitudo ſunt relationes reales.

Ergo ſunt aliæ relationes in Deo vltra enumeratas quatuor.

Reſpondetur. Æqualitas prout eſt relatio fundata in formali quantitate, non reperitur in Deo; quia non habet quantitatem.

Igitur æqualitas prout reperitur in Deo, fundatur ratione noſtri modi concipiendi in virtuali quantitate, quæ eſt eſſentia diuina, quatenus per eam Deus dicitur magnus.

Et hæc non poteſt eſſe relatio realis, vel connotare, aut dicere alias relationes, quàm illas, quibus conſtituuntur perſonæ diuinæ.

Sic enim diuina eſſentia conſiderata, oppoſitarum relationum nō eſt fundamentum: ſed cum diuinæ perſonæ numero multitudinis ab eſſentia diuina, quæ eſt vna, & eadem in tribus perſonis, æquales dicantur; neceſſe eſt connotari relationes, quibus diuinæ perſonæ ab inuicem diſtinguuntur. Nihil enim de diuinis perſonis numero multitudinis prædicari poteſt, quod non perſonarum, ſeu hypoſtaſeon diſtinctionem formaliter dicat, aut

S. Baſil. l. 1. cō. Eunom. s. Cyril. Alex. li. 2. Theſ. c. 1. & 2. S. Leo epi 93. decreta c. 5. Tract. adu. Eutychet. &c. homil. de Trāſfigurat. Dom. c. 6. & ſer. 1. & 3. de Pentec. Cōc. Rhemen. ſub Eug. III. S. Dionyſ. c 9. de diu. nom. s. Hilar. l. 1. de ſynod. S. Aug. lib. de fide ad Petrū cap. 1. l. 5. de Trin. c. 10. & l. 3. con. Maxim. c. 18. S Ambr. li. 2. de fide cap. 4. Magiſt. in 1. diſt. 13. S Tho. p. p. q. 42. a. 1. & 4. & p. p. q. 39. a. 3.

aut connotet: vt infra.

Quare diuinæ perſonæ quatenus æquales dicuntur, non relatiuè ſibi inuicem realiter opponuntur; ſicut realiter per paternitatem, filiationem, actiuam ſpirationem, atque proceſſionem opponuntur, quæ relationes inuoluuntur, & connotantur, dũ perſonas æquales dicimus.

S.Th.p.p.q.42 ar.1. ad 4.

Similitudo item perfectiſſima, qua perſonæ diuinæ dicuntur, non modo ſimiles, ſed etiam eſſentia idem, non fundatur in qualitatibus diſtinctis, quæ ſint eiuſdem ſpeciei, quæ imperfecta dicitur vnitas:

S.Dionyſ.c.9. de diu.nom. S.Baſ.l.1.con. Eunom S.Ambroſ.l.1.de fide c.3.& 4. S.Cyril.Alex. l.2. Theſ. c.5. & 4 l.4.c 1.& 2.S.Leo epiſt. 93.decret c.5. & ſer.1. de Pentec. Mag.in 1 diſt. 31.S.Tho p.p. q.42 ar.1.

Sed fundatur ratione noſtri modi concipiendi in vnitate eſſentiæ; in qua ita perſonæ diuinæ ſunt [a] idem, vt non vna ſpecie tantum, ſed eadem numero eſſentia ſit in tribus perſonis.

a Cõc.Nic.1. Concil. Tolet. 1.4 6 & 11. Conc. Later. ſub Innoc.III c.firm.& cap. dam. Concil. Arel 4. s.Dionyſ.de diu.nomin.c.1. s.Cypr.de or. Domin. Oſi Cordub.l 2.Nicæ. ſynod. s. Hilar. de ſynod. adu.Arian. s.Ambr. li. 2. de fide c.4.

Et vt diuinæ perſonæ ab vna diuina eſſentia vnus Deus, non inter ſe differentes, ſed maximè vnæ, & per conſequens maximè ſimiles denominantur; nullam ſic conſideratæ formaliter relationem dicunt, per quam ſibi inuicem realiter opponantur.

Nam ea ratione, qua perſonæ diuinæ ſunt maximè inter ſe vnum, relatiuè inter ſe realiter opponerentur.

Quod ſi, vt ſimiles denominantur, & dicuntur diuinæ perſonæ relationes aliquas con-

connotent; ſunt illæ eædem relationes, quibus diuinæ perſonæ conſtituuntur, & diſtinguuntur, vt optimè more ſuo S. Thomas [a].

OBICIES III.

DEus eſt verè, atque realiter intelligens ſe ipſum, & quicquid ab eo poteſt fieri, & fiet.

Ergo erit relatio in Deo intelligentis ad rem intellectam.

Reſpondetur. Conceſſo antecedenti, negatur conſequẽtia: nam inter diuinum intellectum intelligentem, & diuinam eſſentiam intellectam, vel cognitum Deum, nulla eſt realis diſtinctio: atque ita nec realis oppoſitio relatiua.

Reliqua autẽ omnia, quæ intelligit Deus, nec ſunt idem cum diuina eſſentia; nec ea intelligit Deus in ſe ipſis per proprias ſpecies; ſed in ſe ipſo; qui, cum ſit per [b] eſſentiam exiſtens, continet eminenter in ſe perfectionem omnium creaturarum, tam poſſibilium, quã exiſtentium; quas Deus eadem cognitione, qua ſe ipſum intelligit, tam diſtinctè, expreſſè, atque euidenter cognoſcit, & intuetur, vt implicet contradictionem propria, & realiter diſtincta cognitione, vel perfectius, vel æque perfectè cognoſci.

S. Cyril. Alex. l. 4. in Io. c. 18 Anaſtaſ. Synayta de rectę fidei dogm. l. 1. S. Damaſc. l. 1. orth. fid. c. 10. Petrus Chryſolo. ſerm 60. Boet. l. 2. de Trin.

a p. p. q. 42. a. 1. ad 4.

S. Hier. in interpret. l. 1 Didym. de Spiritu s. S. Aug. l. 7. de Trin c. 2 & 4 l. 15. c. 13 14 15. & 16. S. Leo epi. 93. decretali c. 5. s. Tho. p. p. q. 14 ar. 4. q. 18. a. 3 & 4 q. 34. a 2. ad 1. Bellar. li. 1. de Chriſto c. 6. l. 2. c. 17. S. Tho. p. p. q. 34 ar. 3.

b Exod. 3. Sapien. 13. s. Dionyſ. c. 5. de diu. nomin. s. Athan. orat. cõ. idol. S. Baſ. ep. 141. ad Cęſarian. s. Hier. ep. 57. ad Damaſ. quoniam vetuſto, & in c. 3. ad Epheſ. S. Aug. Tract.

Quem-

Quemadmodum contradictionem implicat, dari quid diſtinctum a Deo, quod perfectione ſit ipſi æquale.

Quamobrem, cum non ſit diſtinctio inter intellectum [a] intelligentem, & obiectum primarium, quod intelligit Deus, nec etiam erit realis relatio: Obiectum autem ſecundarium, quod ſunt res creatæ omnes, cum in eſſentia ſua cognoſcat Deus; ſi ad illam, quæ eſt obiectum primarium, nō reali relatione refertur; nec ad creaturas, quæ ſunt obiectum ſecundarium, & quarũ eſt cauſa, realiter referetur.

In Deo enim ad creaturas non eſt realis relatio, cum non ſint eiuſdem rationis, ac ordinis: ſed Deo [b] per eſſentiam conueniat eſſe; creaturis autem per participationem, & dependenter a Deo; quæ cum in ſuo eſſentiali conceptu à Deo dependere includant, tranſcendentali relatione ad eundem referuntur: Ipſe verò, ſi relatiuè interdum ad creaturas dicatur, non eſt, quia ad ipſas relationem habeat, ſed quia earum relationes ad ſe terminando, relatiuè denominatur, ac dicitur.

Quemadmodum ſcibile relatiuè dicitur ad ſcientiam, non quia relationem ad ipſam habeat, ſed quia ſcientiæ relationem ad ſe terminat, quando inter ſcibile, atque ſcientiam realis diſtinctio reperitur.

de eo, quod dictũ eſt a Deo ad Moyſem. Ego ſum, qui ſum. & lib. 7. confeſ. c. 11. Iſidor. l. 7. Etymologiarum, qui eſt de Deo S. Leo ſer. 1. de Pent. c. 3. a S. Aug. l. 7. de Trin. c. 2. l. 15. c. 14. S. Th. p. p. q. 18. a. 7. & q. 14. a. 4. q. 18. a. 3. & 4. q. 34. a. 2. ad 1. & ar. 3. Bellarm lib 1. de Chriſto c. 6. l. 2. c. 17. b Hil. l. 1. 3. 6. & 12. de Trin. Naz. orat. 42. & 49. S. Ambr. l. 10. in c. 22. Lucæ. S. Cyril. in Io. cap. 23. S. Greg. li. 16. moral. c. mihi 16. Boet. l. de Hebdom. c. 8. Damaſc. li. 1. orth. fid. c. 12. S. Bern. l. 5. de conſid. c. 6. S. Tho. p. p. q. 3. a. 4. q. 13. ar. 11.

Ariſt. l. 5. met. cap 15. S. Tho. p. p. q. q. 13. a. 7.

CAPVT

CAPVT TERTIVM.

DE PERSONIS Diuinis.

TRINITAS Perſonarum in vnitate naturæ a Deo nobis reuelata, abſq; relationibus, ac proceſſionibus diuinis, quibus vna perſona ab alia diſtinguitur, & procedit, intelligi nequaquam poteſt.

Gen. 1. 3. 11. 18. 19. Pſ. 33. Iſa. 6. Oſeæ 1. Zacch 3. Mat. 28. Marc. 1. Luc. 1. & 3. Io 14. Act. 2. ad Galat. 4. 1. Petr. 1. Io. 4 & 5. 6. Athan. ĩ ſymb s. Hiero. epiſ. 57. ad Damaſ. s. Aug l. 4. de Trinit. c. 21. & lib. de fid. ad Petr. c. 1 s. Bern ſer. 3. in vig. Natal. Dñi, & l. 5 de conſid. c. 7. & 8.

Explicatis igitur ijs, quæ ad diuinas proceſſiones, atque relationes pertinent, incipimus de diuinis perſonis ea, quæ conueniunt omnibus, explicare, de ſingulis inferius tractaturi.

Vt autem res tota, de qua agimus, perfectè intelligatur,

S. Th. p. p. q 31 ar. 1. 2. & 3. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 1. 6 & ſeqq.

Animaduertendum eſt, nomine perſonæ intelligi naturæ rationalis indiuiduam ſubſtantiam, quæ eſt idem in natura rationali, vel intellectuali, quod ſuppoſitum, quod in rebus creatis conſtituitur per ſubſiſtentiam, per quã ita natura rationalis, ſeu intellectualis habet, vt ſit indiuidua, & ſubſiſtens, vt non poſſit eſſe in alio.

Boet in lib. de duab. naturis. S. Tho. p. p. q. 29. a. 1.

Vnde accidentia, quantumuis indiuidua, non poſſunt dici ſuppoſita;cum in earum ratione includatur eſſe in alio.

S.Tho. p.p. q. 29.a. 1.

Neque etiam partes poſſunt dici ſuppoſitum integrum, hypoſtaſis, vel perſona; cum ſint in alio, non quidem vt accidens, ſed vt pars in toto.

Quare nec corpus, nec anima dicuntur integræ hypoſtaſes, ſuppoſita, vel perſonæ, cum ſint alterius pars.

S.Tho. p. p.q. 29 ar.1.& 2.

Neque etiam genera,aut ſpecies, cum exiſtant in primis ſubſtantijs, ſcilicet genus tāquam pars eſſentiæ, & ſpecies tanquam tota eſſentia. Nam licet generi, ac naturæ ſpecificæ, verbi gratia,Animali,& Homini conueniat eſſe ſubſtantiā; tamen ſunt in indiuiduis; nec illis primò, & per ſe conuenit ſubſiſtere, ſed ratione indiuiduorum, in quibus ſunt: non enim ſubſiſtit aut Animal ſeparatum ab indiuiduis, aut Homo in communi; ſed hoc Animal, aut hic Homo; qui cum ſit eſſentialiter Animal, aut Homo, & Animal,& Homo in indiuiduo ſub eis contento ſubſiſtere dicuntur.

S.Tho. p.p, q. 29. ar. 1. & 2. Bellar.li. 2. de Christo c.4.

Inter ſuppoſitum autem, hypoſtaſim, & perſonam in natura intellectuali eſt tantum nominis differentia: eo enim ipſo, quod aliqua intellectualis natura ſit ſubſiſtens, integrum, atque completum indiuiduum, quod vlti-

vltimò,ac formaliter eſt a totius ſubſiſtentia, dicitur ſuppoſitum, hypoſtaſis, & perſona.

Indiuidua verò completa naturarum, ſeu ſubſtantiarum ratione, aut intellectu carentium, non dicimus perſonas, ſed ſuppoſita; & hypoſtaſes etiam, verum non tam frequẽter nominamus: perſonas autem nunquam: ob dignitatem enim intellectualis naturæ, eius indiuidua completa integrè, ac perfectè ſubſiſtentia, quamuis ſuppoſita dici poſſint; hypoſtaſes tamen, & perſonas frequentius nominamus.

S.Tho.p.p. q. 29 ar. 3. Bellar.li.2.de Chriſto ca. 4. & 5.

Et hæc nomina, eſto, ſecundum id, vnde translata ſunt, aliquam dicant imperfectionem; transferuntur tamen ad ſignificandas perſonas, & hypoſtaſes diuinas, ſublata imperfectione.

Suppoſitum enim, ſeu hypoſtaſis dicuntur ex eo, quod indiuidua ſubſtantiæ ſupponantur tanquam baſis, ac fundamentum accidentibus, quibus ſubſtant, & quæ recipiendo ſuſtentant.

S.Tho p.p. q. 29.a.2.

Quare etiam a D. Paulo, quod in definitione Fidei Latinus interpres, & rectè vertit, ſubſtantia, in textu græco ſcribitur, hypoſtaſis, quaſi baſis, & fundamentum rerum omnium ſperandarum.

ad Hebr. 11.

ὑπόστασις

Bellar li.2. de Chriſto ca. 4.

Quinimo & ſubſtantia, quæ vox Latina eſt, a ſubſtando accidentibus dicitur, quod

S.Thom. p.p. q.29.a.2.

tantum primis ſubſtantijs per ſe cõuenit; & tamen nomẽ ſubſtantiæ non ſolum accipitur ꝑ indiuidua ſubſtãtia, ſed pro ſpeciebus etiã, ac generibus ſubſtantiarum, quæ ſunt ſecundæ ſubſtantiæ, & per ſe nullis ſubſtant accidentibus; ſed ratione primæ ſubſtantiæ, cui per ſe inexiſtunt accidentia, genera, & ſpecies dicũtur ſubſtare accidentibus: ideo enim Homo, vel Animal dicitur album; quia hic Homo, vel hoc Animal eſt album.

Quod ſi aliqua accidentia ſequantur naturam generis, vel ſpeciei; vt quantitas, quæ conuenit omni corpori, & corporis eſt proprietas, naturamq; eius ſequitur; tamen primò, & per ſe inhæret huic, vel illi corpori indiuiduo, & in eo exiſtit.

S.Tho.p. p.q. 29.a.1.

Nam ſicut exiſtere primò, & per ſe conuenit indiuiduis ſubſtantiæ, ita inhærere, atque exiſtere in alio, quod conuenit indiuiduis accidentium, conuenit illis dependenter ab indiuiduis ſubſtantiæ; generis, aut ſpeciei quamuis naturam ſequantur.

b in lib. Prædicam.cap.de ſubſtantia, & alibi ſæpe. Beda in librũ Boet.de Trin. t.8.S. Th p.p. q.29 a r.2.

Quare optimè dixit Philoſophus[a], deſtructis primis ſubſtantijs, omnia deſtrui quoad exiſtentiam, non ſolum accidentia, ſed etiam ſecundas ſubſtantias.

Quinimo & nomen ſubſtantiæ translatum eſt ad ſignificandam eſſentiam cuiusque rei, quæ Græcè, vſia, dicitur. Et ſignificat etiam

οὐσία

ex

ex vſu eſſentiam accidentium.

Et ideo cum inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, cognoſcamus, vtimur etiam nominibus explicantibus, ſeu ſignificantibus res creatas, ad ſignificãda inuiſibilia Dei, ſecluſa tamen imperfectione, quam ſecundum ethymologiam nomen habet.

Bellar. li. 2. de Chriſto c. 4. ad Rom. 1. S. Baſil. lib. 1. cont Eunom. S. Tho. p p. q. 13. a. 1. 3. & 5. q. 29. a. 3. q. 41 ar. 1.

Vnde in nominibus, vt optimè ſæpius docet S. Thomas [a], non attenditur id, vnde translata ſunt, ſed illud, ad quod ſignificandum ſunt impoſita, vel vſu recepta, ſeu translata: ſiue hic vſus ex prima impoſitione, aut translatione ortum habeat, ſiue non.

a p. p. q. 13. a. 3. & 6.

Nam nomen, lapis, quod a lædendo pedes dictum eſt, ſignificat genera omnia, ſpecies, & indiuidua lapidum, etſi nunquam lædant pedes, vel ſint apta lædere; quales sũt lapides in vniuerſali, vt ab indiuiduis per intellectum ſunt abſtracti.

Quamobrem etiam nomine ſubſtantiæ non vtimur ad ſignificandum ſuppoſitum, & indiuiduum ſubſtantiale, ſeu perſonam, niſi ponatur aliquid, quo eius vniuerſalis ſignificatio determinetur, vel intelligatur determinata ad ſignificandum tantum indiuiduum ſubſtantiæ completum, quod in natura rationali, ſeu intellectuali perſona eſt.

S. Tho. p. p. q. 29. ar. 1.

His poſitis.

QVÆ-

QVAERITVR PRIMO

Per quid conſtituantur diuinæ Perſonæ.

S.Tho. p.p. q. 40.a.2. Bellar. li. 2. de cap 15.

RESPONDEO. Diuinæ Perſonæ conſtituuntur relationibus.

Probatur. Per illud conſtituuntur diuinæ perſonæ, per quod ab inuicem diſtinguũtur. Sed [a] diſtinguuntur relationibus tantum. Ergo & relationibus conſtituuntur. Nihil eſt enim conſiderare in diuinis perſonis realiter diſtinctis, quo diſtinguantur, niſi relationes, quibus opponuntur.

Nam [b] abſoluta omnia ſunt idem in tribus perſonis.

Proceſſiones autem ea ratione, qua ab inuicem diſtinguuntur, nihil aliud præter relationem dicunt; cum diuinæ proceſſiones ſint abſque [c] mutatione, vel motu: quia genitor, genitus, & procedens nihil dicunt, quo ab inuicem diſtinguantur, niſi diuinarum perſonarũ [d] relationes, ſiue per modum proprietatis, ſiue originis ſignificatas.

OBII-

a Conc. Tol. 11. cap. 1. Conc. Later. ſub Innoc. III c. firm. & cap. dam. S. Aug. ſer 1. & 6. in feſt. s. Trin. S. Cyril. Alex. l. 7. Theſ. c. 1. & l. 2. de Tri. Boet. l. 1. de Trin. c 12. S. Bern l. 5 de conſid c. 7. & 8. S. Th. p. p. q. 28. ar. 3 q. 29. a. 4. q. 30. ar. 2. q. 36, a. 4. q 41 a. 6. Bellar li. 2. de Chriſto cap. 15.

b S Dion. c. 2. de diu. nom. S. Baſ. hom de fid. & l. 2. con. Eunom S. Augu. l. 1. de Tri. c. 1. & 2. & li. 5. c. 10. & 11. S Damaſc. l. 1. orth. fid. c. 2. 8. & 10. S. Tho. p p. q. 40. a. 1. & 2.

c Nyſſen. ep adu. Apolinar. t. 2. Nazianz ora 23. & 35. s. Cyril. l. 2. de Trin.

d S. Bern. l. 5. de conſid. c. 7. & 8. s. Tho. p. p. q. 40. a. 1. & 2. & q. 41. a. 1. Conc. Flor. ſeſſ 25.

OBIICIES I.

Perſona, vt perſona, eſt verè ſubſtantia. Sed ſubſtantia, vt ſubſtantia, non conſtituitur per relationem, ſed per aliquid abſolutum.

Ergo perſonæ in diuinis non conſtituuntur per relationes.

Reſpondetur. Conceſſa maiori; ad minorem dicitur; ſubſtantia non poteſt conſtitui in ratione ſubſtantiæ per aliquid, quod non ſit ſubſtantia, vel ſubſtantialis modus, conceditur.

Nam omnes indiuiduæ ſubſtantiæ completæ creatæ in ratione ſuppoſiti, hypoſtaſis, vel perſonæ conſtituuntur per ſubſiſtentiam, quæ eſt modus ſubſtantialis, complens ſubſtantiam in eſſe indiuidui completi, atque perfecti, non apti exiſtere in alio: quod conuenit tantum ſubſiſtenti vt toti, & integro indiuiduo, vt ſupra explicatum eſt in principio Capitis.

Cum ergo etiam in diuinis relationes ipſæ ad ſubſtantiam pertineant, prout æquiualẽt ratione noſtri modi intelligendi ipſis ſubſiſtentijs creatis, & præſtẽt in Deo illud idem, ſed perfectiori modo, quod præſtant in rebus creatis ſubſiſtentiæ; conſtituunt diuinas perſonas,

Concil Later. ſub Innoc. III.
Concil. Rhemenſ.
Conc. Floren. ſeſſ. 18. 19. & 25.
S. Bern li. 5. de cõſid. c. 7. & 8
S. Tho. p. p. q. 29. ar. 4. q. 40. ar. 1.

ſonas, quæ ſunt perfectiſſimæ hypoſtaſes, atque ſuppoſita, inter ſe relationibus tantum diſtinctæ.

S. Athan. con. Anomæos. S. Baſil. l. 2. con. Eunom. Naz. ora 5. de Theologia; 25. ad Arian. & de ſeipſo, & orat. 37. Cyrill. lib. 7. Theſ. c. 1. Boet. l. 1. de Trin. c. 12. S. Damaſc. l. 1 orth. fid. c. 10. S. Tho. p. p. q. 28. ar. 3 q. 36. a. 4. q. 37. a. 2. q. 41. a. 6. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 15.

Et ideo, cum relationes in Deo ſint quid ſubſtantiale, non eſt abſurdum, imò neceſſarium per ipſas cōſtitui diuinas perſonas: quæ cum ſint diſtinctæ, non niſi diſtinctis relationibus diſtingui poſſunt: Omnia enim in Deo ſunt idem, vbi non eſt relatiua oppoſitio.

OBIICIES II.

PErſona diuina eſt ante relationem, ſaltem ratione noſtri modi concipiendi.

Ergo non poteſt conſtitui per relationem: quia nihil poteſt præintelligi ſuæ formali, ac conſtitutiuæ rationi. Non enim, verbi gratia, poteſt præintelligi Homo animæ rationis participi, per quam conſtituitur.

a S. Th p. p q. 29 artic 1. q. 40 ar. 1. ad 3. & art. 2. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 15. Conc. Laterā. ſub Innoc. III Nazi. ora. 37. S. Damaſc. l. 1 orth. fid c. 10. & 11. S. Tho. p. p. q. 39 ar 5. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 7.

Antecedens autem probatur; quia Pater in eo priori originis, in quo concipitur intelligendo dicere Verbum, ſeu generare Filium, intelligitur perſona, hypoſtaſis, ſeu ſuppoſitum: cum [a] actiones ſint ſuppoſitorum.

Non enim natura Dei, vel eſſentia Patris generat Filium, ſed Pater ipſe, qui eſt perſona, ſeu ſuppoſitum.

Si ergo Pater præintelligitur perſona ipſi actioni, qua producit Verbum, & in qua ratione

tione noſtri modi concipiendi, fundatur relatio, præintelligetur etiam perſona ipſi relationi, qua refertur ad Verbum, & illi relatiuè opponitur.

Ergo non poteſt conſtitui perſona Patris per relationem, cui Pater vti perſona præintelligitur.

Reſpondeo. Pater non præintelligitur relationi vt perſona, qua ratione per ipſam relationem cõſtituitur: Neque datur aliquod prius, in quo Pater poſſit præintelligi relationi, vt eſt conſtitutiua perſonæ Patris.

Nam relatio ratione noſtri modi concipiendi, vt eſt conſtitutiua perſonæ, antecedit actionem; quia actio ratione noſtri modi concipiendi, eſt ſubſequens hypoſtaſim, ſuppoſitum, vel perſonam.

S. Tho. p.p. q. 40. ar. 1. ad 3. & a. 4. & q. 41 ar. 5.

Quare, ſi ratio formalis conſtitutiua perſonæ Patris, verbi gratia, eſt paternitas; & generatio, quatenus eſt actio, qua Pater producit Filium, ratione noſtri modi concipiendi tantum ſubſequitur Patrem, etiam ſubſequetur rationem formalem conſtitutiuam Patris, quæ eſt paternitas: & relatio quatenus ratione noſtri modi concipiendi ſubſequitur actionem, vel in actione fundatur, erit ratione noſtri modi intelligendi poſterior actione.

S. Tho. p.p. q. 40. a. 2.

Nihil enim prohibet, ſi aliqua duo, ſal-

tem ratione diſtincta, diuerſimodè concipiatur, vnum eſſe prius altero ſecundum diſtinctam rationem, vel conceptum.

Sicut & in creatis, quæ interdum ſimpliciter, & abſolutè ſunt ſimul, ſecundum tamen diuerſam rationem vnum eſt prius, aut poſterius altero: ſimul enim eſt ſimpliciter, & abſolutè tenebras expelli ex aere, & produci lumen; & tamen prius natura in genere cauſæ materialis eſt expelli tenebras ex aere, quàm eſſe lumen. Et in genere cauſæ formalis prius eſt aerem illuminari, quàm expelli tenebras; cum per lumen expellantur tenebræ.

Eodem modo in iuſtificatione impij ſimpliciter, & abſolutè ſimul ſunt expelli peccatum, & introduci gratiam.

At in genere cauſæ materialis, quia ſubiectum habens peccatum, non poteſt ſimul habere gratiam, prius intelligitur expulſum peccatum, quàm introducta gratia: cum tamen in genere cauſæ formalis prius ſit produci gratiam in anima, quàm expelli peccatum.

Non eſt ergo abſurdum, relationem quatenus conſtitutiuam perſonæ, eſſe priorem actione; Et actionem priorem relatione, quatenus ratione noſtri modi concipiendi intelligitur vt fundamentum relationis. S.Tho. p.p. q. 40. a. 4.

Verum actio, & relatio, vt paternitas, & gene-

generatio, re vera ſimpliciter, & abſolutè ſimul ſunt natura, conceptu, & ratione; cum non ab inuicem diſtinguantur, ſed re ipſa ſint idem: quia inter ſe relatiuè non opponuntur; Et generatio, ſi actiuè ſumatur, eſt paternitas per modum originis ſignificata.

Conc. Florent. ſeſſ. 25.

QVÆRITVR SECVNDO.

De numero Diuinarum Perſonarum.

TAMETSI ex dictis ſatis colligi poſſit numerus ternarius diuinarum perſonarum in vnitate naturæ, ſubſtãtiæ, ſeu eſſentiæ: Verumtamen, vt, quæ difficultates contra certiſſimum Fidei dogma proponuntur, diſſoluamus; propria de numero diuinarum perſonarum inſtituitur Quæſtio; cui

Reſpondetur, dicendum. Tres ſunt diuinæ perſonæ.

Probatur ex ijs [a] Scripturæ locis, quibus nobis reuelatur Trinitas perſonarum; Pater, ſcilicet, Filius, & Spiritus Sanctus.

[a] Gen c. 1. 3. & 18. Pſ 66. Iſa. 6. Mat. 28 Io. 14. ad Cor. 13. ad Epheſ. 2. 1. Ioan. 5. Symb. Apoſt.

Quæ loca intelligenda eſſe de numero trium perſonarum inter ſe realiter diſtincta-

rum, eſt vniuerſalis Eccleſiæ conſenſus in Concilijs Generalibus expreſſus;

Et ab Orthodoxæ Fidei [a] Patribus, ac Sacræ Theologiæ [b] Profeſſoribus ſemper, & vbique receptus.

[c] Ratione autem naturali hoc ineffabile myſterium, non modo humanam, atque Angelicam intelligentiæ rationem excedens, ſed etiam cuiuſcunque intellectus, aut creati, aut potentis creari naturalem vim, & facultatem ſuperans, velle probare; (quamuis in rebus creatis aliquod ſit Trinitatis [d] veſtigium, atque imperfecta imago) hoc tamen noſtræ fidei dignitati non congruit: quæ non aliunde, quàm ab infallibili Dei reuelantis veracitate certitudinem ſumit.

Deus enim ſua benignitate, ineffabilis ſuæ maieſtatis gloriam, ac diuinorum myſteriorum theſauros, atque diuitias ita notas facit,

Conc. Nic. 1. Concil. Conſtantinop. 1. Epheſinũ, & Chalcedonẽ. Conc. Later. ſub Innoc. III Conc. Floren. & Concilium Trident. in ſymbo. Fidei. a S. Dion. c. 1 2. & 13. de diu. nom. S. Cypr. in præf. ad Cornel. Pap & de orat. Domin. s. Athan ora. con. gregales Sabellij, explicans illud Io. 14 Ego rogabo, &c. & in ſymbol. S. Baſil. ſerm. de exercitatione monaſtica, & hom. 10. in Hexameron. Nazian. orat. 13. 20. 21. 23. 25. 35. 36. 37. & 51. Epiph. hæreſi 57. & 62. Oſius in ſynod. Nicæna lib. 2. s. Ambroſ li. 1. de fide cap. 4. & lib. de dignit. hum. cond. cap. 2. Hymnus ſanctor. Ambroſij, & Auguſt. Hier. in cap. 4. ad Epheſ. & ep. 57. ad Damaſum, quoniam vetuſto. Aug de Ciu. Dei lib. 11. c. 10. & lib 3. con. Maxim. cap. 10. Cyrill. lib. 4. in Ioan. cap 18. S. Leo tractatu con. Eutychet. & alios hæreticos. Boet. lib. 1. & 2. de Trin. S. Greg. in ſymb. Beda de ſubſtantijs. Magiſtr. lib. 1. diſt 2. S. Tho. p. p. q. 30. ar. 1. & 2. Bellar. lib. 2. de Chriſto c. 6. c S. Dionyſ. c. 2. & 13. de diu. nom. S. Cypr. in præfat. ad Cornel. Pap. S. Athan de naturali communione ſimilis eſſentiæ inter Patrem, & Filium. S. Hilar. lib 1. de Trin in princ. & l. 12. s. Baſil. hom. de fide. Nazian. orat. 13. 23. & 37. S. Ambroſ. lib 1. de fide ad Gratian. cap. 5. ante medium tom. 2. S. Aug. ſerm. 1. in feſt s. Trinit. S. Cyrill. lib 3. de Trin. S. Chryſoſt. hom. 1 de incomprehenſ. Dei natura tom. 5. S. Leo ſerm. 1. de Pentecoſt S. Bern. lib. 5. de conſid. c. 8. S. Damaſc. lib. 1. orth. fid cap. 2. 9. 10. & 11. S. Thom. p. p. q. 32. ar. 1. d S. Gregor. Nazianz. in ſui vita in fine carminum. S. Greg. Nyſſen. epiſt. aduerſ. Apolinarem tom. 2. s. Aug. lib. 9. 10. & 12. de Trin. per totum. s. Cyrill Epiſc. Alex. lib. 2. Theſ. cap. 2. & lib. 1. de Trin.

cit, vt euidenter ſint [a] credibilia, quæ nobis per eccleſiam proponentem ab eodem credenda reuelantur; licet ea, quæ credimus cum ſumma certitudine, [b] obſcurè intelligamus.

Idque etiam Deo dante, vt ſpero, manifeſtum fiet, dum quæ in contrarium adducuntur rationes, iuxta orthodoxæ Fidei Patrum, ac Sacræ Theologiæ Profeſſorum ſententiam, ſcripturis, atque traditionibus adhærentem, ſoluere conabimur.

Quod multum confert ad euidentiam credibilitatis eorum, quæ certè, quamuis obſcurè, per fidem, cui ſubeſſe non poteſt falſum, cognoſcimus.

a Pſal. 92. S.Dion.cap.1. & 2. de diu. nom. s.Epiph. l.2.con.hæreſ. hæreſ.57. s.Hier.in c 9. Matth. s.Aug. l. de vtilit.credendi cap.14 con.ep.Fūdamen.c.4.& l. 18.de ciu.Dei c. 47 & li.22. cap. 5. & 8. & li.13. con. Fauſtum cap. 8.& deinceps S.Tho. p.p.q. 32.a.1.& 2.2. q.1.ar.4. Valent. t.3.diſp. 1.q.1.punct.4 Bellar. in pſ. 92.

b ad Hebræ. cap.11.

OBIICIES I.

SI eſſent tres perſonæ in diuinis realiter diſtinctæ, quæ ſingulæ eſſent Deus; verum eſſet dicere, ſicut eſt veriſſimum, Pater eſt Deus, Filius eſt Deus, Spiritus Sanctus eſt Deus.

Sed [c] Pater, qui eſt Deus, non eſt Filius, qui etiam eſt Deus, nec eſt Spiritus Sanctus: Neque vice verſa, Filius, & Spiritus Sanctus inter ſe perſonalibus proprietatibus diſtincti, ſunt eadem perſona, quæ Pater.

Ergo tres eſſent Dij contra [d] Scripturas, quibus

Naz.or.25. Greg.nyſſen. ep.adu.Apoli. S.Aug.li.1.de Trin.c.4.li.de fid & ſymb. & ſer.1.6.& 7 de s. Trini. S.Cyril.l.7.de Trinit S.Leo ſer.1.2.& 3.de Pentec.

c Nazi.orat. 37.Damaſc.l. 1.orth. fid ca. 10.& 11.

d Deut. c.6. Pſ.85.Sap.12.

quibus vnus tantum aſſeritur Deus.

Et contra rationem naturalem, qua vnus Deus eſſe probatur, qui ſit prima cauſa, primum principium, & vltimus finis, a quo omnia ſunt, & in quem omnia ordinantur, qui immobilis manens, iubet cuncta moueri.

Quem Exodi 3. ab omni alia re, quæ non ſit Deus, ex eo, quod per eſſentiam exiſtat, differre cũ cognouerimus, lumine fidei præcedente, ac comite, ad multas veritates reuelatas intelligendum, atque ad difficultates, quæ contra Fidei certiſſima dogmata adducuntur, ſoluendas, quibus naturæ lumen tantum par eſſe non poteſt; via nobis patuit, apertum eſt iter. Deum autem eſſe, qui eſt, clarè, & intuitiuè cognoſcunt beatæ mentes; adæquatè, & comprehenſiuè ſolus Deus.

Eccl. 1 Malach. 2. Marc. 12 1. Corint 8. ad Gala 3. ad Epheſ. 4. 1 Timot. 2. S Dion. l. 5. de diu. nom. S. Cypr. ĩ pręfat. ad Corn. Pap. S. Ath. de incarn. Verbi. S. Baſil. homi. de fid. S. Aug. de natu. boni con. Manich. Cyril. Alex l. 1. Theſ. c. 8. S. Leo ſer. 1. 2. & 3. de Pent. Boet. l. 3. de conſolat. metro 9. Damaſc. l. 1. ort fid. c. 2. 6. 8. 10. & 11.

Reſpondetur, quamuis Pater ſit Deus, Filius ſit Deus, & Spiritus Sanctus ſit Deus; tamen non tres Dij, ſed vnus ſunt Deus: quia eſt eadem numero natura, eſſentia, ſeu ſubſtantia in tribus perſonis.

S. Athan. in ſymb. S. Aug. l. 1. de Trin. c. 4. S. Leo ſer. 1 2. & 3. de Pẽtecoſt.

Sed vlterius inſtabis. Nomine Dei intelligimus habentem deitatem.

Tres ſunt habẽtes Deitatem, Pater nempe, Filius, & Spiritus Sanctus.

Ergo ſunt tres Dij.

Reſpondetur. Nomine Dei, qui eſt terminus concretus, intelligitur habens Deitatem

tem nomine abſoluto, & ſubſtantiuo ſignificatum, conceditur. Deus enim eſt nomen ſubſtantiuum, & abſolutum: nomina autem ſubſtantiua, & abſoluta, quibus etiam ſignificantur concreta ſubſtantialia ad modum per ſe ſtantis, numero multitudinis non prædicantur, ſicut nec concreta ſubſtantialia illis ſignificata, multiplicantur, niſi multiplicentur natura, ſeu forma, & ſuppoſitum: Non enim eſſent tres Homines, ſi eſſent tria ſuppoſita, habentia eandem humanitatem; ſed eſſent vnus Homo; & quodlibet illorum ſuppoſitorum dici poſſet eſſe hic Homo: ſicut [a] tres perſonæ diuinæ dicuntur eſſe vnus Deus.

S.Tho. p.p.q. 36. a.4 ad 7. & q.39. a.3.

Nomine enim ſubſtantiuo, & abſoluto ſignificante concretum ſubſtantiale, ſignificatur vnum per ſe, ſimpliciter, & abſolutè; & nomen ſubſtantiuum ſignificans concretum ſubſtantiale, ſupponitur pro toto, vel pro eo, quod per modum totius ſignificatur: verbi gratia, hic Homo, ſignificat naturam humanam in concreto, non in alio, ſed per ſe exiſtentem, & ſubſiſtentem, & ſupponitur pro illo vno, & toto, quod eſt ex natura, & ſubſiſtentia; quod ſimpliciter, & abſolutè eſt vnū.

Quare, ſi nō multiplicetur natura, & ſuppoſitum, non multiplicatur concretū ſubſtātiale: & per conſequens non poſſunt dici, eſſe

a Cōc. Nic. 1. Cōſtātinop. 1 Epheſinum, & Chalcedonē. in ſymb. Cōc. Tole. 1. 4. 6. & 11. Conc. Arelat. 4. Concil. Vvormatien. Cōcil. Later. ca. fir. & cap. dam. S. Dion. de diu. no. c. 1 Oſi. Cordub. l. 2. in ſynod. Nicæn. s. Ath. in dictū illud omnia ſūt mihi tradita a Patre. S. Baſil. hom. 10. in Hexameron. Nazian. or. 13 29 & 32. s. Epiph. hęreſ. 57 & 62. S. Hilar. de ſyno. adu. Arian. s. Amb. lib. de dignit. hom. cōd. c. 2. & l. de fid. c. 4 S. Hier. in c. 4. ad Epheſ. s. Aug. de ciu. Dei l. 11. c. 10

ſe

lib. 1. de Trin. c. 4. S Leo ſer. 1. 2. & 3. de Pent. & tract. con. Eutyche. &c. Boet. li. 1. & 2. de Trin. S. Greg. in ſymb. Beda in c. 5. Ioan. S. Bern. l. 5. de conſid. c. 8.

ſe multa, quæ nomine abſoluto, & ſubſtantiuo ſignificantur vt tota, niſi & natura, & ſuppoſitum multiplicetur.

Nomina verò adiectiua, quæ primo, & per ſe impoſita ſunt ad ſignificanda concreta accidentalia, (vt hic terminus, album, qui ſignificat concretum accidentale, nempe ſubiectum habens albedinem, vel albedinem exiſtentem in ſubiecto) non ſignificãt vnum per ſe, ſed vnum per accidens.

Ex ſubiecto enim, & accidenti, vt in exẽplo poſito ex ſubiecto, & albedine, non fit vnum per ſe, ſed vnum per accidens.

Quare nomine adiectiuo, quamuis ſignificetur forma, & ſubiectum per modum vnius; ſimpliciter tamen, & abſolutè non ſignificatur vnum, ſed plura, ſcilicet accidẽs, & ſubiectum; quæ vnita etiam, non faciunt vnum per ſe, ſed per accidens: Et nomen adiectiuum ſignificans hoc vnum, ſignificat illa plura diuerſimodè: album enim ſignificat formaliter albedinem, & vt ſubiectum, ſeu materialiter, rem habentẽ albedinem. Quod nomen, licet ſignificet tam ſubiectum, quàm formam; ſupponitur tamen pro ſubiecto.

S. Tho. p. p. q. 29. ar. 1. q. 36. a. 4. ad 7. & q. 39. a. 3. Scot. in 1. diſt. 12.

Quod ſubiectum, cum vt plurimum, ſit ſuppoſitum; tunc dicuntur multiplicari concreta accidentalia, quando multiplicantur ſuppoſita, ſeu ſubiecta.

Quæ

Quæ concreta accidentalia cum nominibus adiectiuis ſignificentur; tunc dicuntur eſſe multiplices res nomine adiectiuo ſignificatæ, quando ſignificantur plura vti ſubiecta, vel ſuppoſita, pro quibus ſupponuntur adiectiua nomina.

Et ob hanc etiam rationem, quando nomina, quæ ſignificant concreta ſubſtantialia, quæ per ſe ſunt vnum, reſoluuntur per participium ad modum adiectiuorum, vt cum dicimus, Homo eſt habens humanitatem, ad multiplicationem concreti ſic reſoluti, non requiritur multiplicatio formæ, ſed ſuppoſiti tantum, quod ſignificatur vt ſubiectum, pro quo ſupponitur in reſolutione participium.

Quare ſi vna humanitas eſſet in tribus ſuppoſitis, eſſet vnus Homo, ſed tres habentes humanitatem: habens enim humanitatẽ accipitur pro ſuppoſito.

Et ob eundem ſignificandi modum, quando concreta ſubſtantialia ſignificantur nomine adiectiuo, dici poſſunt plura, ſi multiplicentur ſuppoſita.

S. Tho. p. p. q. 36. ar. 4. ad 7. & q. 39. art. 3.

Quod ſi apud Patres orthodoxos legimus, non tres æternos, nec tres immenſos dicendos eſſe Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum; cum tamen æternus, & immenſus ſint adiectiua nomina.

Conc. Later. ſub Innoc. III Conc. Tol. 11 Conc. Rhemẽſe ſub Eug. 3. S. Athan. in ſymb. S. Amb. l. 2. de fid. c. 3.

S. Aug. li. 5. de Trin. c. 8. 9. & 10. & l. 1. de ſymb. ad Catechumenos c. 2. & lib. 2. cap. 4.

a p. p. qu. 39. ar. 3.

Sciendum eſt ex S. Thom.[a], illos non tantum ad modum ſignificandi, quantum ad rem ſignificatam reſpexiſſe: res enim ſignificata nomine æterni, ſeu immenſi, non eſt concretum accidentale, ſed ſubſtantiale.

Et ideo, ſi reſpiciamus rem ſignificatam nomine æterni, aut immenſi; Pater, Filius, & Spiritus Sanctus ſunt vnus æternus, & vnus immenſus, & adiectiuum accipitur pro ſubſtantiuo.

S. Tho p. p. q. 36. ar. 4. ad 7. & q. 39. ar. 3.

Quod ſumma ratione fit, cum hoc adiectiuum nomen non concretum accidentis, ſed ſubſtantiæ ſignificet.

S. Athan. in ſymb. S. Hier. ep. 97. ad Damasũ. Nyſſen. l. de s. Trin. & l. de fid & ſymbol. S. Dionyſ. cap. 1. de diu. nom. & ca. 3. de myſtica Theologia. S. Cyp. de or. Domin. Oſius Cordub. ĩ Nicæn. ſyno. li. 2. s. Amb. li. 2. de fid. c. 4. s. Aug. l. 1. de Trin. c. 4 s. Greg. ĩ ſymbol. s. Leo ſer. 1. 2. & 3 de Pentec. & hõ. de Transfigu. Dñi. S. Bern. ſerm. 3. in vig. Natal. Dom. & l. 5. de conſid. c. 7. & 8.

Quamobrem, cum in perſonis diuinis vna tantum ſit eſſentia, natura, ſeu ſubſtantia diuina; quamuis ſint tres ſubſiſtentiæ, quæ ſunt relationes ipſæ conſtitutiuæ perſonarum; & tres perſonæ diuinæ: quia multiplicatur ratio formalis conſtitutiua perſonæ, & non natura; ſunt tres perſonæ, & vnus Deus.

Et e contrario, ſi eſſent duæ[b] naturæ, & vna tantum ſubſiſtentia, eſſet vnum tantum ſuppoſitum, & vna perſona: vt contingit in Chriſto Domino, in quo ſunt duæ naturæ, humana ſcilicet, & diuina: & tamen cum ſubſiſtant eadem ſubſiſtentia Verbi, non ſunt duæ perſonæ, ſed vna perſona.

Requiritur ergo ad multiplicationem concreti ſubſtantialis, nomine abſoluto, ſeu ſubſtantiuo

ſtantiuo ſignificati, non ſolum ſuppoſiti, ſed etiam naturæ multiplicitas; quæ, cum in tribus diuinis perſonis ſit vna, & eadem, non tres Dij, ſed vnus tantum Deus eſſe dicitur.

OBIICIES II.

Ratio formalis[c] cōſtitutiua perſonæ in Deo eſt relatio.

Quatuor ſunt relationes.

Ergo quatuor rationes formales conſtitutiuæ perſonæ.

Ergo quatuor erunt etiam perſonæ.

Reſpondetur, ſpirationem actiuam, ſeu relationem Patris, & Filij ad Spiritum Sanctum non conſtituere diſtinctam perſonam a Patre, & Filio: paternitas enim, quatenus includit ſpirationem actiuam, eſt ratio formalis conſtitutiua adæquatè Patris, & diſtinctiua Patris a Filio, & Spiritu Sancto.

Item filiatio, quatenus includit ſpirationem actiuam, eſt adæquata ratio formalis conſtitutiua perſonæ Filij, & diſtinctiua eiuſdem a Patre, & Spiritu Sancto.

Et ideo non ſunt quatuor, ſed tres perſonæ tantum: quia vna relatio, actiua ſcilicet ſpiratio, ad duas perſonas pertinet.

Appellamus autem hìc rationem formalem conſtitutiuam id, quo perſonæ diuinæ

[b] Conc. Ephe ſin. part 1. c. 2. & 26. Concil. Chalced. act. 5. Quint. ſyn. gñal. collat. 8. can. 5. & 7. Conc. Later. ſub Martin. I. cōſult. 5. can. 6. 7 8. 9 & 10. Sext. ſynod. general. can. 1. Conc. Tole. 6. & 11. Conc. 4. Arelat. ſub Leon. III. Cōcil. Later ſub Innoc. III. s. Ath. in ſymbol. S. Aug. l. de fide ad Petrum c. 15. & 16. S. Leo Tract. con. Eutyche. &c & ſer. cō. errores eiuſd. S. Bern de conſid. l 5. c 9 S. Th 3. p. q. 2. a 4. & q. 17. a. 1. Bellar. li. 3. de Chriſto c. 2. & ſeqq.

[c] Cōc. Floré. ſeſſ 25. S. Tho p. p. q. 40 a. 2. & 3. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 15.

S. Tho. p. p. q. q. 30 a. 2. ad 1. & q. 36. a. 4. ad 1.

intelliguntur eſſe hypoſtaſes, ſeu perſonæ ab inuicem diſtinctæ.

OBIICIES III.

Boet. In lib. de duabus natur. S. Tho. p. p. q. 29. a. 1. & 3. p. q. 2. ar. 2.

Perſona ex dictis eſt naturæ rationalis, ſeu intellectualis indiuidua ſubſtantia.

Sed Dei [a] vna eſt indiuidua ſubſtantia, & eſſentia.

Ergo vna perſona.

Minor probatur. Vna numero ſubſtantia eſt indiuidua, & ſingularis.

Sed eſſentia diuina eſt vna numero.

Ergo eſt indiuidua.

Quod ſi eſt indiuidua; vel vna tantum erit perſona diuina, ſcilicet eſſentia diuina indiuidua; vel vna perſona erit in tribus perſonis.

Sed vna perſona, cum ſit [b] incommunicabilis, non poteſt eſſe in tribus perſonis.

Ergo eſt vna tantum perſona diuina.

Reſpondetur. In rebus creatis non intelligitur natura numero vna intellectualis habere rationem perſonæ, quamuis intelligatur numero vna exiſtens, & indiuidua, niſi intelligatur ſubſiſtens. Nam ſuppoſitum ſubſtantiale, ſeu perſona formaliter, & vltimo conſtituitur per ſubſiſtentiam.

Quare non immerito Theologi dicunt, Humanitatem Chriſti, quamuis fuerit vna nume-

a Cóc. Nic. 1. Conc. Tol. 1. 4. 6. 8. 11. 12. & 13. Conc. Later. ſub Innoc. III. s Aug. l. de fid. & ſymb. 2. Leo ſer. 1. 2. & 3. de Pent. hom. de Transfigu. Dom. & tract. con Eutyche. S. Bern. l. 5. de conſid. cap. 7. & 8.

b Conc. Tol. 6. & 11. S. Tho. p. p. q. 29. a. 1. & 3. p. q. 3. a. 1.

Cóc. Epheſin. Conc. Chalcedonenſ. act. 5.

numero, & indiuidua, tamen non fuiſſe ſuppoſitum, hypoſtaſim, vel perſonam, niſi per hypoſtaſim, ac ſubſiſtentiam Verbi; aliàs in Chriſto fuiſſent duæ perſonæ, quod Fidei repugnat.

Sic ergo ſuo modo in Deo, licet eſſentia diuina in ſuo conceptu [a] eſſentiali includat exiſtentiam, & per conſequens ſit vna numero, & indiuidua ſe ipſa; verumtamen non intelligitur ſuppoſitum, hypoſtaſis, atque perſona abſque relationibus, quibus [b] conſtituuntur, ac diſtinguuntur inter ſe perſonæ diuinæ: non enim intelligitur perſona ſine illius formali ratione, quæ eſt ſubſiſtentia, ſeu relatio.

Quod ſi vlterius vrgendo, dicas. In rebus creatis indiuiduum naturæ exiſtentis abſque ſubſiſtentia non eſſe concretum ſubſtantiale: ſicut accidens ſine inhærentia non eſt concretum accidentale, ſed abſtractum: quia non eſt hoc album, niſi hæc albedo inhæreat huic ſubiecto: ita non eſt hic Homo, niſi ſit hæc natura humana; non ſolum exiſtens, ſed etiam ſubſiſtens.

Propterea dicunt, indiuiduum naturæ humanæ aſſumptæ a Chriſto, antequam a Verbo aſſumptum intelligeretur, non fuiſſe hunc Hominem, ſed potius hanc humanitatem.

Nam non intelligebatur ſubſiſtens, hypoſtaſis

Quint. & ſext ſynod. gener. Conc. Tol 6. & 11. Concil. Arelat. 4. ſub Leone III. Cōcil. Vvormat. ſub Hadrian. II. Conc. Later. ſub Innoc. III s. Athan. in ſymb. s. Aug. l. de fid. ad Petrum cap. 17. s. Leo Tracta. con. Eutyche. & epiſt. 97. ad Leonē Augu. s. Tho. p. p. q. 29. a. 1. & 3. p. q. 2. a. 2.

a Exod. 3. Sapien 13. s. Hieron. in c. 3. ad Epheſ. s. Aug. enarrat. in pſ. 101. S. Cyrill. Alex. in c. 23. Io. S. Damaſc. l 1. orth. fid. c. 12.

b Conc. Flor. ſeſſ. 25. S. Bern. li. 5. de conſid. c. 7. & 8. S. Th. p. p. q. 40. a. 2. & 3.

S Th p. p. q. 29 a. 1. ad 2.

poſtaſis, ſeu perſona.

Ergo eadem ratione non poſſet dici vnus Deus ſine relationibus, quæ ſunt ratio formalis ſubſiſtendi diuinarum perſonarum.

Sed dicitur vnus Deus.

Ergo eſt vna perſona, vel ſubſiſtētia communis omnibus tribus perſonis. Nam per [a] relationes nō dicitur Deus vnus, ſed trinus: Nec Deus dicitur vnus relatione vna; quia non minus eſt vnus Deus relatione triplici, quàm vna; nec minus eſt vnus Deus in tribus perſonis, quàm vna.

[a] Cōc. Tol. 11 Conc. Later. ſub Innoc. III Cōc. Florent. ſeſſ. 25. s. Ath. in ſymb. Nyſſen. ep. aduer. Apolinar. Nazian. orat. 13. & 23. s. Bern. l. 5. de conſid. c. 7. & 8.

Quamobrem, vt etiam a relationibus cōcipitur diſtincta natura diuina ratione noſtri modi concipiendi, dicitur vnus Deus: quod non poteſt intelligi, niſi ponatur vna ſubſiſtentia, qua natura diuina ſit vnus Deus, ac perſona vna.

Reſpondeo. Concretum ſubſtantiale in rebus creatis deſumi a ſubſiſtētia, qui eſt modus re diſtinctus, & non ratione tantum ab ipſa indiuidua, vel etiam exiſtenti natura.

Quare ſi conſideretur vt eſt ſine ſubſiſtentia, a qua poteſt, non ſolum ratione, ſed etiam re ſeparari; non eſt hoc concretum ſubſtantiale nec formaliter, nec identicè.

Et ideo, quamuis in Homine, verbi gratia, ſit hoc corpus, & hæc anima, & hæc duo ſibi inuicem ſint vnita, intelligitur ſolum hæc huma-

humanitas, & non hic Homo; niſi intelligatur illi aduenire ſubſiſtentia, quæ eſt modus realiter diſtinctus ab ipſa indiuidua natura exiſtente, & ſubſiſtente.

In Deo verò, qui eſt per eſſentiam exiſtens; in quo [a] omnia ſunt idem, vbi non eſt relatiua oppoſitio; & in quo ob infinitam ſui perfectionem [b] idem eſt concretum, & abſtractum; non ſolum dicitur eſſentia diuina vna numero deitas, ſed etiam vnus Deus; licet non ſit vna ſubſiſtentia communis: quia eſt vna eſſentia idem tribus ſubſiſtentijs, quæ in Deo ſunt relationes, quæ proprietates perſonales dicuntur; quia perſonas conſtituunt.

Ex his facile cognoſcere poſſumus, quantum a recta fide aberrarunt

Montanus [c].
Noetus [d].
Sabellius [e].
Priſcillianus [f], &
Fauſtus Manichæus [g].

Qui contra Scripturas [h], iuxta ſenſum a [i] Concilijs, & [k] Patribus, atque huius ſacræ diſciplinæ [l] Profeſſoribus ſemper, & vbique receptum, Trinitatem perſonarum in vnitate naturæ, eſſentiæ, ſeu ſubſtantiæ negabant.

Exem-

a Conc. Arel. 4. ſub Leon. 3 Conc. Vvormac. ſub Hadriano II. Conc. Later. ſub Innoc. III Conc. Floren. ſeſſ. 25. Cyril. Alex. l. 4. Theſ c. 2. 6. Aug. ſer. 1. de Trinit. ſ. 10. S. Bern l. 5 de côſid. c. 7. & 8. Boet. l. 1. de Trin. c. 12. S. Leo ſer. 1. 2. & 3. de Pent. S. Th. p. p. q. 30 2. 2. q 36. ar. 4. q. 37. a. 2. Bellar lib. 2. de Chriſto c. 15.
b Conc Rhemé. ſub Eug. 3 S Aug. li. 5. de Trin. c. 11. S. Leo epiſt. 93. decre. c. 5. S. Th p. p. q. 40 a. 1. ad 1.
c Baron. Ann. Dom. 173. S. Hier. ep. ad Marcellam.
d Ann. 250. S. Aug. de Noetianis.
e Ann. 260. S. Aug. de Sabellianis.
f Anno 381. S. Aug. hæreſi 70 S. Leo epi. 93 decre. c. 1.
g Ann. 400. S. Aug. l. 20. c. 2. cô. Fauſtum.

h Matt. 28. Io. 14. & 15. Act. 2. ad Galat. 4. 1. Petr. 1. Symb. Apoſt. i Conc. Nicæ 1. in Sym. Quint. Synod. Conſtant. Conc. 1. 4. 6. 8. & 11. Tolet. Conc. 4. Arelat. Concil. Vvormatt. Conc. Later. ſub Innoc. III. cap. firm. Conc. Florent. ſub Eug. IV Concil. Triden. ſeſſ. 3. k Dion. de diu. nom. c. 1 & de myſt. Theol c. 3. S. Athan. in ſymb. S. Ba-

Exempla verò, quibus explicatur, quomodo Perſonæ diuinæ ſubſtantia, & eſſentia maximè vnum, ſint relationibus, ac perſonalibus proprietatibus inter ſe diſtinctæ, ſeu quomodo vnum Deum in Trinitate venerari poſſimus, apud [a] Patres, ac Verbi Dei Interpretes cum frequentia ſint, & in Cathechiſmis pro rudiorum inſtructione multa, & aptè ponantur, breuitati ſtudens, non huc transferenda cenſui.

fil.ſer. de Aſcenſ.& homi. 10. in Hexameron. Nazi. orat. 13.29.& 32. Epiph.hæreſ. 57.& 62. Nyſſen ſer.de Tri.cō. Iudæ. Chryſ. ſer. de Trin.& hom. 11. in Marcū. Cyril. Alex.li. 4. in Io. c. 18. Anaſt. Synayta l.1.de rectę fidei dogmat. Damaſc.li. 1. orth fid.c.10. Cypr.de ora. dō. Oſiu. Cordub. in Nicæ. ſynod.l.2.c.1. Conc. generaliū.s.Hilar.de ſynod.aduerſ. Arian.s.Amb. lib.de dignit. hum.cōd. c.2. & li.2.de fide c.4. s.Hier.in c.4.ad Epheſ. & epiſt.57.ad Damaſ s.Aug de ciu. Dei li. 11.c 10 lib.1. de Trin.cap.4 l.3.cō.Maxim cap.10. S Leo ſer.1. & 2. de Pent.Boet.l.1. & 2. de Trin. S. Greg. in ſymb. & li. 2. in Ezechi.hō. 21. Beda de ſubſtantijs,& in cap.5.Ioan. S.Bern l.5. de cōſid. cap.8 Magiſt.in 1.diſt.2. S.Th.p.p.q.30.ar.2. Bellar.l.2.de Chriſto c.6. & ſeqq. a Nyſſen. ep.adu.Apolinar. s. Aug. l.9.10.11.13.& 14.de Trinit.

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

DE PERSONA Patris.

EXPLICATIS in genere, quæ de perſonis dicuntur. Nunc in ſpecie ad agendum de ſingulis perſonis deſcendimus, & primum de perſona Patris, qui eſt prima Sanctiſſimæ, atque indiuiduæ Trinitatis perſona. De quo.

Mat 28. Io. 14 1. Ioã. 4. & 5. Symb. Apoſt. Conc. Tol. 4. 6 8. 11. 12 & 13 Conci. Vvormati. ſub Hadria. II. Cõc. Later. ſub Innoc. III. s. Ath in ſymb. s. Aug. li. 4 de Trini c. 20. S. Damaſc. l. 1. orth. fid. ca. 8. & 9:

QVAERITVR PRIMO.

Vtrum Pater ſit principium Filij, et Spiritus Sancti.

RESPONDEO. Patri competit eſſe principium Filij, & Spiritus Sancti.

Probatur ratione S. Thomæ[a]. Quia principium eſt illud, a quo aliquid quoquo modo eſt, vel procedit.

Conc. Tole. 6. & 11. Concil. Florent. in definitione. S. Dionyſ c. 2. de diu. nom. S. Athan. epiſt. cont. hæretic. in expoſit fid. S. Hilar. li. 12. de Trin. S. Baſil hom. de fide, & l. 1. & 2. con. Eunom. Nazianz orat. 23. & 23. Cyrill. Alex. l. 2. Theſ c 3. S Chryſ hom. 1. & 2. in expoſit. ſymb. Apoſt. S Damaſc. l. 1. orth. fid. cap. 9. S. Ambroſ li. 1. de fid cap. 5. 6. 7. & 8. & l. 1. 2 & 3. de Spiritu ſanct. S. Leo ſerm. 1. 2. & 3. de Pent. S. Aug. lib. 4. de Trin. cap. 20.

a p. p. qu. 33. art. primo.

M Sed

a Ioan.5.7.8. b & 15.

Sed a Patre procedit Filius [a], & Spiritus [b] Sanctus.

Ergo Pater eſt principium Filij, & Spiritus Sancti.

Idq; totum conſtat ex ijs, quæ capite primo dicta ſunt de proceſſionibus diuinarum perſonarum.

OBIICIES I.

Principium eſt illud, a quo res aliqua incipit eſſe.

Sed a Patre non incipit eſſe neque Filius, neque Spiritus Sanctus: quia Filius, & Spiritus Sanctus, cum ſint Deus, ſicut Pater, non incipiunt eſſe.

c S.Chryſoſt. ſermon. de s.Trin. s.Hier. in ca. 3. ad Epheſ. S.Aug.l. 1 de Trin. c.1 & l.8. c.1. de natur.bon.cõ. Manichæ.c.1: l.7. confeſſ. c. 11. S.Greg.li. 16. Moral. c. mihi 16. s.Ber. l.5. de conſid. c.6. S.Th. p.p. q.13.ar.11.

Quod enim per [c] eſſentiam exiſtit, æternum, & ſemper eſt; & per conſequens non incipit eſſe; nec datur tempus, in quo non exiterit.

Ergo Pater non eſt principium.

Reſpondetur, principium vniuerſaliſſimè ſumptum illud eſſe, a quo aliquid quoquo modo eſt, vel procedit. Quod ſi illud, quod procedit, poſſit incipere eſſe, incipit eſſe dependenter a ſua cauſa, quæ eſt principium.

S. Hilar.li. 12. de Trin. S.Baſil.hõ. de fide. Nazi.orat.13. 25.& 35.

Sed cum repugnet diuinis perſonis, quæ ſunt Deus per eſſentiam exiſtẽs, incipere; repugnabit vni perſonæ diuinæ eſſe principiũ, a quo

a quo alia perſona incipiat eſſe tanquam a cauſa, vel principio, quod de non eſſe exiſtenti ad eſſe exiſtens eam transferat: aliàs vna perſona alteri comparata, eſſet illius verè, ac propriè cauſa; quod Latini non admittunt; neque etiam Græci: dum enim dicunt vnam perſonam alteri cōparatam eſſe a cauſam, idem apud illos cauſæ nomen, quod apud nos principij nomen, ſignificat: ſed non ſumitur principium apud Latinos, nec cauſa apud Græcos pro eo, a quo aliud dependenter incipiat eſſe.

S. Ambr. l.1. de fid. c. 5. 6. 7. & 8. S. Leo ſer. 1. 2. & 3. de Pēt. hom. de Trāſfigur. Dñi, & Tract. cōn. Eutychet. &c. S. Cyril. Alex. l. 1. Theſ. c. 8. S. Damaſc. l. 1. ort. fid. c. 8. à S. Baſ. l. 1. & 2. cō. Eunom. Naziā. or. 23. S. Damaſc. l. 1 ort. fid. c. 9.

Aeterno enim per eſſentiam exiſtenti, repugnat incipere, aut ab alio factum eſſe.

OBIICIES II.

SI Pater eſſet principium Filij, Filius eſſet principiatus.

Quod autem principiatum eſt, ſui eſſe habet cauſam, & factum eſt, & ſuæ durationis habet initium, poſſetque conſiderari aliquod inſtans, vel tempus, in quo Filius non fuiſſet: quod toties damnatum eſt, in Concilio præſertim Nicæno: & eſt repugnans exiſtenti per eſſentiam; quales ſunt omnes perſonæ diuinæ, quæ ſunt Deus per eſſentiam exiſtens.

Chryſ. ſer. de s. Trin. s. Baſil. homi. de fid. s. Damaſc. l. 1 orth. fid. c. 8. S. Aug. l. de fide ad Petrum c. 5. 6. & 7. & li. 2. de ſymb. ad Catechum. c. 3. & 4. S. Ambr. li. 1. de fid. c. 5. 6. 7. & 8. & li. de fid. cōt. Arian. S. Leo tractat. con. Eutychet & ſer. 1. 2. & 3. de Pentec.

Reſpondetur. Licet Pater dicatur prin-

a Ioan.5.7.8. b & 15.

Sed a Patre procedit Filius [a], & Spiritus [b] Sanctus.

Ergo Pater eſt principium Filij, & Spiritus Sancti.

Idq; totum conſtat ex ijs, quæ capite primo dicta ſunt de proceſſionibus diuinarum perſonarum.

OBIICIES I.

Principium eſt illud, a quo res aliqua incipit eſſe.

Sed a Patre non incipit eſſe neque Filius, neque Spiritus Sanctus: quia Filius, & Spiritus Sanctus, cum ſint Deus, ſicut Pater, non incipiunt eſſe.

c S.Chryſoſt. ſermon. de s.Trin. s.Hier. in ca. 3. ad Epheſ. S.Aug.l. 1 de Trin. c. 1 & l.8. c.1. de natur.bon.có. Manichæ.c.1: l.7. confeſſ.c. 21. S.Greg.li. 16. Moral. c. mihi 16. s.Ber. l.5. de conſid. c.6. S.Th. p.p. q.13.ar.11.

Quod enim per [c] eſſentiam exiſtit, æternum, & ſemper eſt; & per conſequens non incipit eſſe; nec datur tempus, in quo non extiterit.

Ergo Pater non eſt principium.

Reſpondetur, principium vniuerſaliſſimè ſumptum illud eſſe, a quo aliquid quoquo modo eſt, vel procedit. Quod ſi illud, quod procedit, poſſit incipere eſſe, incipit eſſe dependenter a ſua cauſa, quæ eſt principium.

S. Hilar. li. 12. de Trin. S. Baſil. hó. de fide. Nazi. orat. 13. 25. & 35.

Sed cum repugnet diuinis perſonis, quæ ſunt Deus per eſſentiam exiſtẽs, incipere; repugnabit vni perſonæ diuinæ eſſe principiũ,

a quo

a quo alia perſona incipiat eſſe tanquam a cauſa, vel principio, quod de non eſſe exiſtenti ad eſſe exiſtens eam transferat: aliàs vna perſona alteri comparata, eſſet illius verè, ac propriè cauſa; quod Latini non admittunt; neque etiam Græci: dum enim dicunt vnam perſonam alteri cõparatam eſſe a cauſam, idem apud illos cauſæ nomen, quod apud nos principij nomen, ſignificat: ſed non ſumitur principium apud Latinos, nec cauſa apud Græcos pro eo, a quo aliud dependenter incipiat eſſe.

S.Amb. l.1.de fid.c.5.6.7.& 8.S.Leo ſer.1. 2.& 3.de Pẽt. hom.de Trãſfigur. Dñi, & Tract.cõn.Eutychet.&c. S.Cyril.Alex. l.1.Theſ.c.8. S.Damaſc.l.1. ort.fid.c.8. à S.Baſ.l.1.& 2. cõ.Eunom. Naziã.or.23. S.Damaſc.l.1 ort.fid.c.9.

Aeterno enim per eſſentiam exiſtenti, repugnat incipere, aut ab alio factum eſſe.

OBIICIES II.

SI Pater eſſet principium Filij, Filius eſſet principiatus.

Quod autem principiatum eſt, ſui eſſe habet cauſam, & factum eſt, & ſuæ durationis habet initium, poſſetque conſiderari aliquod inſtans, vel tempus, in quo Filius non fuiſſet: quod toties damnatum eſt, in Concilio præſertim Nicæno: & eſt repugnans exiſtenti per eſſentiam; quales ſunt omnes perſonæ diuinæ, quæ ſunt Deus per eſſentiam exiſtens.

Chryſ. ſer. de s. Trin. s. Baſil. homi.de fid. s.Damaſc.l.1 orth.fid.c.8. S.Aug. l.de fide ad Petrum c.5.6.& 7. & li.2. de ſymb. ad Catechum. c.3.& 4. S.Ambr. li.1. de fid.c.5.6.7. & 8.& li.de fid.cõt.Arian. S.Leo tractat. con.Eutychet & ſer.1.2.& 3. de Pentec.

Reſpondetur. Licet Pater dicatur prin-

 cipium

cipium Filij; tamen Filius non denominatur principiatus: quia principiatum, ſi abſolutè pronuncietur, vt plurimum ſolet accipi, vel pro eo, quod eſt ab alio natura diſtincto, & per conſequens factum, aut creatum; vel pro eo, quod cœperit eſſe, cum antea non eſſet; & conſequenter pro habente principium durationis: quod repugnat diuinis perſonis; quæ cum ſint Deus per eſſentiam exiſtens; neceſſariò illis repugnat incipere eſſe, vel habere principiũ durationis.[a] Aeternitas enim, quæ eſt interminabilis vitæ tota ſimul, & perfecta poſſeſſio, excludit omne principiũ, & durationis terminum.

Greg. Naziã. orat 13.& 23 S.Cyril lib.2. Theſ.c.2. S.Baſil.li 1.con.Eunom. S.Aug l. de fid. & ſymbol. c.3. & 4. S.Tho. p.p. q. 33.a.1.

S.Ambr li. de fid.con.Arian cap 4. s.Hier. in ca.3. ad Epheſ. & in epi. ad Damaſum quoniam vetuſto. S.Augu. Tract. de illo, quod dictum eſt a Deo ad Moyſen. Ego ſum, qui ſum, & l.5.de Trin. cap 2.

a Boet.l.5 de conſol.proſ.6 Aug li.1.& 5. de Trin.

Et ideo ne videamur ſentire cum Ario, non dicimus Filium eſſe principiatum a Patre; ſed dicimus eſſe a Patre tanquam a principio ei communicante eandem naturam, eſſentiam, ſeu ſubſtantiam: & per conſequẽs conſubſtantialem, ſeu homouſion, coæternum, & coæqualem Patri.

S.Tho. p.p.q. 33.a.1. S.Cyril lib.2. Theſ.c.3.& 4. & li 4.c.1. & 2. S.Bern li.5. de cõſid. c.7. & 8. S.Ambr. l.de fid. cont. Arian.

Vnde neque etiam factus dicitur a Patre, ſed genitus: quia non eſt a Patre tanquam a principio eſſentia, ſeu ſubſtantia diſtincto; cum Pater, vt dictum eſt, per generationem communicet Filio eandem numero ſubſtantiam,

Conc. Nicæn. Cõſtantinop. 1. Epheſin. & Chalcedonẽ. in ſymb.

Conc. Tolet 1 4.6.8.& 11. Conc. Vvormat. ſub Hadrian. II Conc. Later. ſub Innoc. III. cap.fir. & c.damn de ſum. Trin. & fid. Cath. S.Athan. in ſymb. s.Hilar lib.12 de Trin S.Baſil hom.de fid hom in cap 1.Io. & l.1. & 2.con. Eunom. s.Aug ſerm 5. de Trin.t 10 & l. de fide. & ſymb. S.Cyrill. Alex. l.2.Theſ c.1 & 2. l.5.Theſ.c.7. S Leo hom.in Transfigur Dom & Tract. adu. errores Eutychet. &c. Conc. Nicæn.1. Conſtantinop.1. Epheſin. & Chalcedon. in ſymb. fid. Conc. Later. ſub Innoc. III. cap. fir.

tiam, vel eſſentiam; nec procedat a Patre vt creatura; ſed Deus verus de Deo vero, Patri conſubſtantialis, coæternus, & coæqualis.

& c.damn.de ſum. Trinit.& fid. Cath.

QVÆRITVR SECVNDO.

An hoc nomen, Pater, ſit propriè nomen diuinæ perſonæ.

RESPONDEO. Pater propriè eſt nomen diuinæ perſonæ.

Probatur. Illud eſt propriè nomen diuinæ perſonæ, quod ſignificat id, quo vna perſona conſtituitur, & diſtinguitur ab alia.

Sed Pater conſtituitur, & diſtinguitur paternitate, ſaltem includente ſpirationem actiuam, ab alijs perſonis.

S. Baſil. lib 2. con. Eunom. Naziā. or 23. & 36 de Filio S.Cyril.lib 5. Theſ.c.7 & l. 3.de Trini. S. Aug li de fid & ſymb. c. 3.& li.5. de Trin. per tot. S.Tho. p. p. q. 33.art.2.& q. 36.a.2.ī corp.

Ergo nomen Patris erit propriè nomen, ſignificans primam SanctiſſimæTrinitatis perſonam.

Neque nobis opponitur S. Thomas p.p. q.40. ar. 3. in corp., dum aſſerit, abſtracta per intellectum a Patre actiua ſpiratione, ſeu relatione ad Spiritum Sanctum, remanere hypoſtaſim, vel perſonam Patris; & per conſequens, vt paternitas perſonæ Patris ſit conſtitutiua, non eſſe neceſſarium, vt includat actiuam ſpirationem; quinimo ad Patris conſtitutio-

tutionem neceſſaria non videtur. Non enim quod alicuius eſt conſtitutiuum, etiam intellectu remoueri poteſt, remanente eo, cuius eſt conſtitutiuum; nam remota albedine nō remanet album, cuius eſt cōſtitutiua albedo.

Quod ſi hoc in concretis accidentalibus, quæ ſunt vnum per accidens, verum eſt; idē etiam verum erit in concretis ſubſtantialibus, quæ ſimpliciter, & abſolutè ſunt vnum per ſe.

Et multò magis in Deo, in quo [a] eſſentia non diſtinguitur a perſonali proprietate, per quam perſona conſtituitur.

Non igitur actiua ſpiratio ad Patris perſonalem proprietatem ſpectat.

Loquitur enim ibi S. Thomas de perſona, ſeu hypoſtaſi Patris ſecundum eam rationem, ſecundum quam Pater denominatur Pater, quæ eſt ſola paternitas.

Nam alibi S. Thomas [b] docet, actiuam ſpirationem ad Patrem, ac Filium pertinere, & eſſe relationem, qua Pater, & Filius a Spiritu Sancto diſtinguuntur, & vtriuſque eſſe relatiuam proprietatem; quod eſſe non poſſet, niſi ſpiratio eſſet diſtinctiua, & conſtitutiua Patris, qua ratione formaliter a Spiritu Sancto diſtinguitur.

Et paternitatem, ac ſpirationem non conſtituere duas perſonas, ſed ad vnam tantum

Patris

[a] Conc. Rhemen ſub Eug. III. Conc. Later. ſub Innoc. III Cōc. Florent. ſeſſ. 18. & 25. S. Aug. li. 7. de Trin. S. Tho. p. p. q. 28. ar. 2. q. 40. ar. 1. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 9

[b] p. p. qu. 36. art. 4. ad 1. & q. 40. 2. 1. ad 1

Patris perſonam pertinere, diſertis verbis docet idem S. Thomas p. p. q. 36. ar. 2. in corp.

QVAERITVR TERTIO.

Vtrum hoc nomen, Pater, prius dicatur in diuinis ſecundum quod perſonaliter ſumitur:

CVM Pater dicatur prima indiuiduæ Trinitatis perſona, æterno Filio, qui eſt in ſinu Patris ante ſecula genitus, comparata: Et tota Trinitas, Pater nempe, Filius, & Spiritus Sanctus, quæ eſt vnus Deus, rerum omnium, quæ extra ipſum ſunt, Pater etiam nominetur;

Matt. 28. 1. Io. 4 & 5. Symb. Apoſt. Quint. & ſext. Synod. gñal. in ſymb. Conc. Floren. in definit. s. Ath. in ſymbol. s. Baſil. l. 2 con. Eunom. Naziã. or. 36. de Filio. s. Hier. in c. 3. ad Epheſ. s. Aug. enarra. in pſ. 100. S Cyril. lib 4. Theſ. c. 1. li. 1. c. 7. & li. 3. de Trinit. s. Leo ſer. 1. 2. & 3. de Pent. & tract. adu. Eutychet. &c.

Quæritur. An hoc nomen, Pater, prius dicatur de diuinis perſonis, qua ratione ſunt vnus Deus; rerum omnium opifex; conditor, ſeu parens: An verò de prima Sanctiſſimæ Trinitatis perſona æterno Filio comparata.

Quæſito Reſpondetur. Pater prius dicitur de perſona Patris reſpectu Filij æterni, quàm de tota Trinitate, quatenus dicitur Pater creaturarum.

Magiſt. in 1. diſt 29. S. Tho. p. p. q. 33 a. 1. Naz. orat. 36. S. Aug. li. 5. dè Trin. c. 11. s. Cyrill. li. 4. Theſ. c. 1. & l. 5 cap. 7. s. Tho. p p. q. 33. a 3.

Probatur. Nomen prius, ac principalius dicitur de eo, in quo perfectiſſimo modo ſaluatur

uatur ratio ſignificata nomine, quam de eo, in quo ratio ſignificata nomine dicitur per aliquam ſimilitudinem: vt Leo prius dicitur de Animali notiſſimo, quod vulgò dicimus Leonem, quàm de Homine, qui ob fortitudinẽ, vel audaciam dicitur Leo.

S.Tho p p. q. 33. a. 3. i corp.

Sed Pater reſpectu Filij ſibi conſubſtantialis, & coæterni dicitur perfectiſſimo modo Pater; cum ab illo perfectiſſimo modo per generationem procedat Filius æternus, non ſolũ ei ſimilis in natura, ſed idem in natura, cõſubſtãtialis, & coæternus, vt patet ex dictis

S Baſil. l. 2. cõ. Eunom. S. Hier. in c. 3. ad Epheſ. Cyrill. li. 3. de Trinit. S. Tho. p. p. q. 27. art. 2. & q. 28. 2. 4.

Reſpectu verò creatarum rerum dicitur Trinitas illarum Pater; quia omnes creaturæ procedentes a Deo per eſſentiam exiſtente, aliquid participant de diuino eſſe: & per conſequens aliquam habent cum Deo ſimilitudinem, perfectiorem, vel imperfectiorem, prout magis, aut minus imitantur diuinum eſſe, aut illud exprimendo, participant. Et ſic Deus dicitur illarum Pater:

S. Hier. in c. 3. ad Epheſ. S Aug. li. 5. de Trin. c. 11. S. Cyril. lib. 4. Theſ c. 1. & l. 5. c 7. S. Dionyſ. c. 9. de diu. nom.

Quia illarum eſt prima efficiens cauſa, non aliquam ſuæ ſubſtantiæ partem illis cõmunicans, cum ſit [a] indiuiſibilis; neque totam: quia eſſent Deus. Sed illas de [b] non eſſe ad eſſe transfert, facitq; vt ſint, cum antea non eſſent: Idque cum dependenter a Deo habeant, in tantum eſſe dicuntur, in quantum participant de diuino eſſe, cuius ſunt re-

a Cõc. Later. ſub Innoc. III. S. Aug l. 6 & 7 de Trin. S. Leo ſer. 3. de Pent. S. Damaſc l. 1. ort. fid c. 2 6 7 & . S. Th. p. p. q. 3. ar 7. & q. 40. a 1. Bellar. l. 2. de Chriſto cap. 22.
b Gen cap. 1. & ſeqq.

repræſentatiuæ,vel tanquam veſtigia,vel imperfectæ imagines.

Quare creaturarum, quæ ſunt rationis expertes,Deus minus propriè dicitur Pater, quã earum, quæ ſunt intellectus,ſeu rationis participes: quia imperfectius participant diuinũ eſſe, illud tanquam veſtigia imitando, & repræſentando: cuius tamen aliquo modo, etſi imperfectè, quæ intellectu ſunt præditæ, Dei dicuntur imago; cum illum imitando, expreſſius, ac perfectius repræſentent, atque participent.

S.Hier. epiſt. 97.ad Damaſum;& in c.3 ad Epheſ. s.Greg.lib.16 moral.c.16. S. Bern. l.5.de conſid. ad Eugen c.6. S.Cyril.Alex. li.4.Theſ.c.1. & li. 5.c.7.

S. Paul. 1. ad Cor.11.

Quæ per gratiam habitantem in illis, magis adhuc iam in adoptionem filiorum Dei cooptatæ, ad æternam hæreditatem ius habent, niſi per peccatum a gratia recedant.

S.Baſil. lib. 2. con.Eunom. s.Hier.in c.3. ad Epheſ. s.Cyril.Alex. li.3. de Trin.

Et poſtquam iam hæreditatem ſunt adeptæ, magis propriè Filij Dei, & hæredes dicuntur, ac ſunt.

Ex toto igitur diſcurſu iam conſtat euidenter, nomen Patris principalius dici de prima Sanctiſſimæ Trinitatis perſona æterno Filio comparata, quàm de tota Trinitate, reſpectu creaturarum; ſiue ſint [a] veſtigia, ſiue imperfectæ Dei [b] imagines; ſiue etiam per [c] gratiam,& gloriam [d] ſint inter hæredes Dei, & cohæredes Chriſti numeratæ, & perfectam filiorum adoptionem conſequutæ.

S.Baſil. lib. 2: cont.Eunom. s.Hier.in c.3. ad Epheſ. s.Aug li.5.de Trin. c.11. s.Cyril.lib.4. Theſ.c 1.li 5. c.7.& li 3. de Trin. s.Damaſc l.1 orth fid c.9. S.Tho p.p.q. 33.a.3.

a Iob 38. b Deut.32. c ad Rom. 8.

Idque colligitur ex Apoſtolo ad Rom. 8.

d ad Rom.5. s. Nyſſen. ep. adu. Apolin. t.2. ad Epheſ.3. s.Hier. in idẽ caput 3.ad Epheſ.

vbi docemur, in tantum aliquos dici filios Dei, quatenus ſunt conformes æterno Filio, qui eſt imago æterni Patris; a quo omnis paternitas in cælo, & in terra.

QVÆRITVR QVARTO.

Vtrum eſſe ingenitum ſit Patri proprium.

s.Hier.in c.5 ad Galat. & I c.9.Oleæ.

IN hoc de diuinis perſonis Tractatu, in quo etiam verbo perperam prolato, in errores labimur pernicioſos, ac Fidei maximè aduerſantes, omni religione vis eſt nominum perpendenda, ne quod fide reuelatum certò credimus, voce negare videamur; atque vt profanas vocum nouitates, quæ ſacris eloquijs repugnant, vitare poſſimus;

Apoſt. 1.ad Timot.vlt. S.Aug.Tract. 97.in Ioan. s.Tho. p.p. q. 29.a.3.ad 1. Conc.6.& 11 Tolet. Conc. Vvormat.ſub Hadrian.II. S. Atha.epiſt. con.hæret. in expoſit.fid.& in ſymb. s.Hilar.l.4.de Trinit. S.Ambr.li.de incarn. Dom. Sacram. ca.8. & 9. s.Damaſc.l.1. ort.fid.c.a. 8. & 10.

Quæſito reſpondetur. Nomen, ingenitum, eſt proprium Patris.

Probatur. Illud nomen, quod ita facit innoteſcere perſonam Patris, vt ſignificet id, quo Pater diſtinguitur ab alijs perſonis, Cõciliorum, Patrum, atque Theologorum vſu, illud eſt proprium nomen Patris.

Sed hoc nomen, ingenitum, in diuinis, quod ſignificat principium non de principio, ſignificat id, quo Pater diſtinguitur ab

ab alijs perſonis.

Ergo eſt perſonæ Patris nomen proprium.

Nam eſſe [a] principium non de principio, vni tantum Patri conuenit.

Filius enim eſt principium de principio, cum a Patre procedat.

Et Spiritus Sanctus, alijs duabus diuinis perſonis comparatus, non eſt [b] principium; ſed ab illis tanquam ab vno principio in vnitatem naturæ, eſſentiæ, atque ſubſtantiæ procedens.

[c] Ingenitum ergo eſſe, eſt Patri proprium, ſignificans principium non de principio, quod etſi Patris nomine non exprimatur, implicitè tamen importatur: non enim nomine Patris expreſsè ſignificatur principium non de principio, ſed ſignificatur tantum principium illud, a quo per veram generationem Filius procedit; quod cum ab alio non procedat, eſt principium non de principio, quod ingeniti nomine expreſsè ſignificatur.

S. Greg. in ſymb. Magiſt. in 1. diſt. 13. & 28. S. Tho. p. p. q. 33. ar. 4. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 9. S. Aug. l. 15. de Trin. c. 26. s. Cypr. in pręfat. ad Cornel. Papam. s. Baſil. lib. 2. con. Eunom. a Naz. or. 13. & 23. S. Tho. p. p. q. 33. ar. 4. b s. Th. p. p. q. 32. a. 3. i corp. c Conc. Tol. 6. & 11. Alexāder Episc. Alex. ep. 2. in Cōc. Nicæ. S Cyril. lib. 2. Theſ. c. 2. S. Hilar. li. 12. de Trin. s. Aug. li. 5. de Trin. c. 6. Naz. or. 13. 20 & 23. s. Baſil. homil. de fide. Chryſo hom. de incomprehenſibili Dei natura c. 5. Bellar li. 2. de Chriſto c. 20.

OBIICIES.

Illud eſt proprium Patris nomen tantum, quod ſignificat relationem, qua ſola Pater diſtinguitur ab alijs duabus perſonis.

Sed per hoc, quod dicatur ingenitus, nul-

vbi docemur, in tantum aliquos dici filios Dei, quatenus ſunt conformes æterno Filio, qui eſt imago æterni Patris; a quo omnis paternitas in cælo, & in terra.

d ad Rom.5. s. Nyſſen. ep. adu. Apolin. t.2. ad Epheſ.3. s.Hier. in idē caput 3. ad Epheſ.

QVÆRITVR QVARTO.

Vtrum eſſe ingenitum ſit Patri proprium.

IN hoc de diuinis perſonis Tractatu, in quo etiam verbo perperam prolato, in errores labimur pernicioſos, ac Fidei maximè aduerſantes, omni religione vis eſt nominum perpendenda, ne quod fide reuelatum certò credimus, voce negare videamur; atque vt profanas vocum nouitates, quæ ſacris eloquijs repugnant, vitare poſſimus;

s.Hier. in c.5. ad Galat. & I c.9. Oleæ.

Quæſito reſpondetur. Nomen, ingenitum, eſt proprium Patris.

Apoſt. 1. ad Timot. vlt. S. Aug. Tract. 97. in Ioan. s. Tho. p.p. q. 29. a.3. ad 1. Conc. 6. & 11 Tolet. Conc. Vvormat. ſub Hadrian. II. S. Atha. epiſt. con. hæret. in expoſit. fid. & in ſymb. s. Hilar. l.4. de Trinit. S. Ambr. li. de incarn. Dom. Sacram. ca.8. & 9. s. Damaſc. l.1. ort. fid. c.a. 8. & 10.

Probatur. Illud nomen, quod ita facit innoteſcere perſonam Patris, vt ſignificet id, quo Pater diſtinguitur ab alijs perſonis, Conciliorum, Patrum, atque Theologorum vſu, illud eſt proprium nomen Patris.

Sed hoc nomen, ingenitum, in diuinis, quod ſignificat principium non de principio, ſignificat id, quo Pater diſtinguitur

ab alijs perſonis.

Ergo eſt perſonæ Patris nomen proprium. Nam eſſe [a] principium non de principio, vni tantum Patri conuenit.

Filius enim eſt principium de principio, cum a Patre procedat.

Et Spiritus Sanctus, alijs duabus diuinis perſonis comparatus, non eſt [b] principium; ſed ab illis tanquam ab vno principio in vnitatem naturæ, eſſentiæ, atque ſubſtantiæ procedens.

[c] Ingenitum ergo eſſe, eſt Patri proprium, ſignificans principium non de principio, quod etſi Patris nomine non exprimatur, implicitè tamen importatur: non enim nomine Patris expreſsè ſignificatur principium non de principio, ſed ſignificatur tantum principium illud, a quo per veram generationem Filius procedit; quod cum ab alio non procedat, eſt principium non de principio, quod ingeniti nomine expreſsè ſignificatur.

S. Greg. in ſymb. Magiſt. in 1. diſt. 13. & 28. S. Tho. p. p. q. 33. ar. 4. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 9. S. Aug. l. 15. de Trin. c. 26. s. Cypr. in præfat. ad Cornel. Papam. s. Baſil. lib. 2. con. Eunom. a Naz. or. 13. & 23. S. Tho. p. p. q. 33. ar. 4. b s. Th. p. p. q. 32. a. 3. i corp. c Conc. Tol. 6. & 11. Alexāder Epiſc. Alex. ep. 2. in Cōc. Nicæ. S. Cyril. lib. 2. Theſ. c. 2. S. Hilar. li. 12. de Trin. s. Aug. li. 5. de Trin. c. 6. Naz. or. 13. 20 & 23. s. Baſil. homil. de fide. Chryſo hom. de incomprehenſibili Dei natura c. 5. Bellar li. 2. de Chriſto c. 20

OBIICIES.

Illud eſt proprium Patris nomen tantum, quod ſignificat relationem, qua ſola Pater diſtinguitur ab alijs duabus perſonis.

Sed per hoc, quod dicatur ingenitus, nul-

la ſignificatur relatio; ſed negatio generationis paſſiuæ, vel naſcibilitatis, ſeu natiuitatis.

Ergo non eſt proprium nomen Patris, qui eſt [a] prima Sanctiſſimæ, atque indiuiduæ Trinitatis perſona.

Reſpondetur, nomen ingeniti ſignificare relationem Patris, quatenus dicitur principium non de principio; quamuis explicetur per nomen [b] importans negationem conſequentem ad relationem Patris.

Nec nomen ingeniti, ſi dicatur de Spiritu Sancto, ſignificat principium non de principio: Hoc enim tantum patri conuenit.

Et hoc ſenſu, cum receptum ſit in ſcholis, vt nomen ingeniti dicat principium non de principio, quod patri tantum conuenit; non eſt ad Spiritum Sanctum transferendum; de quo ſi diceretur, negationem tantum, aut priuationem generationis ſignificaret.

Quare, ſi apud aliquos approbatos ſcriptores interdum legatur, de Spiritu Sancto dici, quod ſit ingenitus;

Sciendum eſt, nomen ingeniti non ſignificare principium non de principio, ſed procedentem Spiritum Sanctum per actionem, qua non poſſit dici genitus, ſed procedens.

Quemadmodum & ingeniti nomen, ſi pro non creato accipiatur, non eſt propria patris notio;

[a] Matth. 28. 1. Io. 1. Symb. Apoſt. Conc. Nic. 1. Conſtantinopol. 1. Cōc. Epheſin. Conc. Chalcedonen. ī profeſſ. fidei. Conc. Tol. 1. 4. 6. 8. 11. 12. & 13. Conc. Later. ſub Innoc. III Conc. Triden ſeſſ. 3. s. Ath. in ſymbol. Hymnus ss. Ambroſ. & Auguſt. s. Leo epi. 93. decret. c. 1. & ſer. 1. 2. & 3. de Pent.

[b] S Aug. li. 5. de Trin. c. 7. S. Tho p. p. q. 33. ar. 4. ad 1. S. Aug. ad Oroſ. in dialog. qu. 67. q. 2. t. 4 s. Tho. p. p. q. 33. a. 4. ad 2. S. Hier. in regul. definitionū con heret. Conc. Tol. 11. Magiſt. in 1. diſt. 13. S. Tho. p. p. q. 33. a. 4.

notio; cum toti Trinitati conueniat: nulla eſt enim diuina perſona, quæ ex nihilo producta, aut creata dici poſſit.

Eſt ergo tantum [a] ingeniti nomen proprium Patris, qua ratione ſignificat principium non de principio.

s. Athan. in ſymb.
Naz. orat. 23. Chryſ. hom. 1 de incomprehenſibili Dei natura.
S. Leo ſer. 1. & 2. de Pent. & Tract. adu. Eutychet. &c.
a s. Hilar. l. 4. de Trin.
s. Tho. p. p. q. 33. ar. 4.

CAPVT QVINTVM.

DE PERSONA Filij.

DE Patre, qui originis ordine, ſeu naturæ eſt prima Sanctiſſimæ, & indiuiduæ Trinitatis perſona, per veram generationem communicans Filio eandem numero naturam, eſſentiam, atque ſubſtantiam, qua ipſe eſt, & exiſtit vnus, & idem Deus cum Filio, & Spiritu Sancto, capite præcedenti egimus, ordinem naturæ ſecuti.

Nunc de Filio, qui eſt ſecunda eiuſdem Sanctiſſimæ Trinitatis perſona, agendum eſt. Qui cum ex [b] Scripturis iuxta ſenſum ab Eccleſia, & Patribus, in Concilijs [c] etiam Generalibus receptum, Filius denominetur, & dicatur, vti ſupra [d] fusè probatum eſt:

Mat. 28. Io. 14. 1. Io. 4. & 5.
Symb. Apoſt.
Conc. Nicæn.
Conc. Tole. 4. 6. & 11.
Conc. Later. ſub Innoc. III
s. Cypr. in præfat. ad Cornel. Pap.
s. Atha. in ſymb.
s. Baſil. hom. de fid. & li. 1. & 2. con. Eunom.
Naziã. or. 13. & 23.
Chryſ. hom. 1. & 2. in expoſ. ſymb Apoſt & orat. de s. Trinit.
S Leo ſer. 1. 2. & 3. de Pent.
b Io. 5. ad Coloſ. 1. ad Heb. 1.
Symb. Apoſtol.
c Côc. Nicæn. 1.

Conſtantinopol.1. Epheſi. & Chalcedô. Conc. Later. ſub Innoc.III & Conc. Trid. ſeſſ. 3. S. Baſil. lib.1.& 2.con. Eunom. s. Cyrill. li. 1. Theſ.c.6. li.3. c.8.& l. 1.2.3. & 4. de Trin. Nyſſ. ep. adu. Apolinar. Naz.or.36.de Filio. Hilar.l.2.&12 de Trin. d cap.1.quæſit.2.

De alijs nominibus, quibus eum relatione, ac perſonali proprietate diſtinctum a Patre, & Spiritu Sancto cognoſcentes, denominamus, ſequentibus quæſitis quærendum eſt.

QVAERITVR PRIMO.

An Verbum in diuinis ſit nomen perſonale.

RESPONDETVR, dicendum primo. Si nomine Verbi intelligamus rem verbo ſignificatam, intellectam, ſeu expreſsã, quam dicimus obiectum intellectus, vel obiectum actus intelligendi, Verbum non eſt nomen perſonale.

Probatur. Res Verbo ſignificata, vel intellecta, eſt, quicquid Pater dicens Verbum, intelligit.

Sed, vt patet ex dictis [b], Pater dicendo Verbum, intelligit diuinam eſſentiam, perſonas, & creaturas omnes, tam potentes exiſtere, quàm exiſtentes in quacunque differentia temporis.

b c.2.quæſ.3.

Ergo nomen Verbi hoc modo acceptum, quod ſignificat rem verbo ſignificatam, expreſſam, ſeu intellectam, non eſt nomen perſona-

s. Tho. p.p.q. 34.a. 1.

ſonale, ſeu proprium vnius perſonæ.

Dicendum ſecundo. Nomen Verbi acceptum pro termino intellectionis, qua pater intelligendo dicit, eſt nomen perſonale.

Probatur. Nomen, quod ſignificat vnam perſonam, qua ratione ab alia procedit, & diſtinguitur, & illi relatiuè opponitur, eſt nomen perſonale.

Sed nomen, Verbum, quatenus eſt terminus intellectionis, qua pater intelligendo dicit, ſignificat perſonam Filij, qua ratione a patre procedit, & diſtinguitur, & illi relatiuè opponitur.

Ergo eſt nomen perſonale proprium ſecundæ perſonæ, quæ per intellectum a patre procedens, & [a] Verbum, & [b] genita ſapientia dicitur.

OBIICIES.

SI Verbum eſſet terminus illius cognitionis, qua pater intelligit; Verbum procederet non minus a patre, quàm a Filio, & Spiritu Sancto: & per conſequens non eſſet nomen perſonale.

Nulla enim eſt perſona, quæ a tota Trinitate procedat.

Nec vna, eademq; perſona a ſe ipſa procedere

Ioan. 1. S.Baſil hom. i c.1. Io S.Aug. l.7 de Trin.c. 6.& l.15.c.16 S.Damaſc.l 1. ort.fid. c.6. & 8. S. Greg. li. 23.mor. c.33.

S.Tho. p.p. q. 34.2.1.

a Mat.8.Io.1 Luc.2. b Eccl.24 Prou.8. 1. ad Cor. 1. & 2 Conc.Sardicen.in ep.ad omnes Epiſc. Quint.ſynod. collat.6. Alexander Epiſc. Alexand.ep.1 & 2.in Conc. Nicæn.S.Ath. ep.con.hæret. in expoſit.fid. Naz.or.36.de Filio. S. Baſil. hom.de fid.& l.2.cõ Eunom Nyſſ. ep. adu. Apolinar. S.Aug li.7.de Trin.c.2. & l. 15.c.14. S.Cyril. lib 1. Theſ c.2. li.5. c.7.li.7.c.1.& 4. Beda t.4.expoſit. in Iob. & in c.8.Io. S. Leo hõ de de Transfigur. Dñi,& Tract. aduer.errores Eutychet &c. S.Damaſc.l.1. ort.fi.c 6.& 9. S.Bern. ſer. 3.i vig. Nat.Dñ.

cedere dicenda eſt; cum non poſſit ſibi ipſi relatiuè opponi; aut a ſe ipſa perſonali proprietate diſtingui.

Quod ſequitur ex antecedenti, probatur. Nam Verbum eſt terminus illius cognitionis, qua Pater intelligit.

S. Baſil l.2. cõ. Eunom. s. Hiero. in interpr. l.1. Didym. de Spiritu ſanct. S. Aug. li.7. de Trin. c.2. & 4 l.15. c.14. Magiſt. in 1. diſt.6. Beda in c.2. ad Philip. S. Tho. p.p. q.14. a.4. q.18. a.3. & 4. q.34 a.2. & 3. Bellar. li.1. de Chriſto c.6. & l.2. ca.13.17. & 26.

Sed Pater intelligit eadem cognitione, ſeu intellectione, qua Filius, & Spiritus Sanctus intelligunt.

Ergo eſt terminus cognitionis, ſeu intellectionis totius Trinitatis; cum ſit terminus intellectionis diuinæ, qua tota Trinitas intelligit: intelligere enim in Patre, Filio, & Spiritu Sancto eſt vnum, & idem; cum ſit diuina ſubſtantia, per eſſentiam exiſtens, quæ eſt vna, & eadem in Patre, Filio, & Spiritu Sãcto.

Si eſt igitur eadem intellectio, qua Pater, Filius, & Spiritus Sanctus intelligunt; idem erit Verbum, qui eſt terminus eiuſdem intellectionis: vnius enim actionis vnus eſt terminus.

Ergo nomen Verbi non eſt nomen perſonale ita, vt ſit proprium vnius perſonæ.

S. Aug. l.3. cõ. Maxim. c.13. Bellar. li.2. de Chriſto c.13.

Reſpondeo. Pater, Filius, & Spiritus Sanctus intelligunt eadem intellectione, vel cognitione eſſentialiter, & abſolutè ſumpta, conceditur; Pater, & Filius, atq; Spiritus Sanctus intelligũt eadem intellectione, quatenus connotat relationem dicentis, ac producen-

tis

tis Verbum conſubſtantiale, coæternum, & coæquale ipſi dicenti, negatur. Nam intelligendo dicere, vel producere Verbum, conuenit ſoli Patri: quia ſolus Pater per relationem dicentis cōſtituitur perſona Patris; cui, ſicut neceſſariò conuenit eſſe Patrem, ita neceſſariò conuenit intelligendo dicere Verbum, ſeu generare Filium. Et in illo intellectus eſt vt principium, quo, generandi Filiū; in Filio autem eſt vt in eo, cui a Patre vt genito communicatur idem eſſe, & poſſe, intelligere, & velle.

S. Aug l. 15. de Trin. c. 14. S. Tho p. p. q. 37 a. 1. & 2. Bellar li. 2. de Chriſto c. 18

In Spiritu Sancto autem eſt idem intellectus, & intelligendi actus, a Patre, & Filio ei per proceſſionem communicatus.

Nyſſ. ep. adu. Apolinar. c. 2. S. Amb. l. 2. de fid c 3. & 4. S. Aug. li. 7. de Trin c. 2. & 4. S. Tho. p. p q. 34 ar. 2. ad 4. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 17. S Hier in interpret. l. 1. Didym. de Spiri. tu ſanct. Bellar. li 2. de Chriſto c. 13.

Quare neque etiam in ipſo intelligendi actus relationem connotat dicentis, aut producentis Verbum.

Nec eſt in Theologia nouum ab vna, eademq; forma diuerſimodè res diſtinctas denominari.

Nam Philoſophi etiam concedunt, ab vna, eademq; re, ſeu forma, qui eſt motus, denominari agens, quod eſt principium, a quo eſt actio, ſeu motus; & patiens, quod eſt ſubiectum, in quo recipitur eadem actio, & motus; vt patet diſcurrenti per ſingulas, quæ in externam materiam tranſeunt actiones.

Ariſtot. lib. 3. Phyſ. c. 6. S. Tho p. p. q. 41. a. 1. ad 2.

Eſt ergo idem intelligere in tribus perſo-

nis, ſi accipiatur abſolutè intelligendi actus, ideſt abſque eo, quod connotet relationem genitoris, vel dicentis, quæ ſoli Patri conuenit.

Et hoc eſt, quod dicitur, ſolius Patris proprium eſſe notionaliter intelligere, ideſt intelligendo dicere Verbum, vel generare Filium.

Dictum eſt autem. Pater neceſſario generat Filium, ſeu producit Verbum: quia ita neceſſarium eſt, Patrem intelligendo dicere Verbum, quemadmodum neceſſarium eſt Patrem, & Filium eſſe Deum, quo nihil magis neceſſarium excogitari poteſt. Nihil enim magis neceſſe eſt eſſe, quàm id, cuius eſſentia eſt exiſtere; vti aſſerunt[a] Patres, explicantes illud Exodi 3. Ego ſum, qui ſum.

Summa tamen voluntate, perfectiſſimoq; amore, ac nulla cogente neceſſitate æternus Pater coæterno Filio ſui eſſentiam communicauit; qui ſe ipſum, ſui eſſentiam, atque ſubſtantiam, & Filium, ac Spiritum Sanctum neceſſariò amat, & vult eſſe. Neceſſe eſt enim, ab eo, qui clarè, intuitiuè, ac comprehenſiuè ſummum bonum intelligit, illud idem neceſſariò amari; & eius voluntatem ſumma cũ propenſione, ac voluptate per modum naturæ[b] in illud ferri, atque propenſam eſſe, nulla exteriori cauſa impellente, aut cogente.

Cum

S. Tho. p.p. q. 34. ar. 2. & qu. 37. a. 1. & 2. Bellar. li. 2 de Chriſto c. 13. S. Tho. p.p. q. 41. ar. 2. ad 5.

a S. Ath. orat. con. Idola. S. Hilar. l. 1. 3. 6. & 12. de Trin. S. Baſil. ep. 141 ad Cęſarian. S. Ambr. li. 10. in c. 22. Luc. S. Hier. ep. 57. ad Damaſ. quoniam vetuſto, & in ca. 3. ad Epheſ. S. Aug. Tract. 38. & 99. in Io. & tract. de eo, quod dictũ eſt a Deo ad Moyſen, Ego ſum, qui ſum. S. Cyril. in Io. c. 23. Boet. li. de hebdõ. c. 1. S. Leo ſerm. 1. de Pentec. S. Damaſc. l. 1. ort. fid. c. 12. S. Bern. li. 5. de conſid. c. 6.

Cum ergo Pater neceſſariò producere Verbum aſſeritur, non voluntas concomitans excluditur; verum omnis externus impulſus, vim, ac neceſſitatem inducens, qua Pater inuitus producat Filium.

Negarunt ergo orthodoxæ Fidei profeſſores, Filium a Patre neceſſitate cogente procedere; & voluntate Verbum a Patre produci affirmarunt: quia ſemper fuit conuinctus voluntatis actus, & amor cũ generatione Filij.

Et hoc eſt, quod in ſcholis dicunt, voluntate concomitante Patrem per generationem Filio ſui eſſentiam, atque ſubſtantiam communicaſſe.

Nemo autem eſt, qui dicat, in Patre voluntatem, vti ratione ab intellectu diſtinctã, eſſe principium, quo, dicendi Verbum, ſeu generandi Filium.

Quod ſi apud probatos Auctores reperias. Pater genuit Filium, quia voluit.

Id ſcito intelligi de voluntate neceſſariò concomitante generationem Verbi; non autem de voluntate, aut voluntatis actu, a quo Pater potuerit deſiſtere.

Non enim deſiſtere poteſt per eſſentiam ſuam amans, ac diligens Pater ab amore ſummi boni; quod vnum, & idem indiuiſum, indiſtinctum, & non confuſum in tribus diuinis perſonis reperitur.

s.Tho. p.p. q. 3. 2.4.q.13. ar. 11. &q.41 a.1 Bellar.li 2.de Chriſto c. 9. b s. Hilar. in lib. de ſynod. s. Athan ſer.4 con. Arian. Nazianz or.3 de Theolog. s. Aug. in qq. ad Oroſ. q. 7. S Cyril. lib. 2. Theſ.c.2.& li. 2.de Trini. s.Tho. p.p. q. 41. 2. 2. Cōc.Sirmien. a.25. s.Hilar. l.de ſynod. ad eund. art. Conc. Tolet. 11. s.Nazian. orat. 35. s. Nyſſen. ep. adu. Apolin. s. Cyrill. li. 1. Theſ.c. 8. & li. 2. de Trin. s. Aug.l.15. de Trin.c.20. Magiſt. in 1. diſt. 6. S.Hilar. in lib de ſynod. s.Tho. p.p.q. 41.2. 2. Conc.Tol. 11. s. Aug. in c. 1. ad Epheſ. Magiſt. in 1. diſt.6. S Tho. p.p.q. 41.ar 2 ad 5. s Dion.c.5.de diu.nom. s. Ath de incarn. Verb. &

or.con.Idola. s.Amb.l.1. de fid.c.1. & l.2. c.1. S.Hier. in cap.1. & 3. ad Epheſ. s.Aug. de natur.boni con.Manichę. & l.8.de Trin. ca.3. Boet. de conſol. lib. 3. proſ. 10. S.Damaſc.l.2. ort.fi.cap. 29. S.Bern. ſer. 1. ſup.Salu.reg.

QVÆRITVR SECVNDO.

Vtrum nomen imaginis in diuinis ſit proprium perſonæ Filij.

RESPONDEO. Si nomine imaginis accipiatur exemplar, ad cuius ſimilitudinem, & imitationem aliquid fit, vt interdum accepit D. Auguſtinus[a], non eſt proprium nomen perſonæ Filij.

a Lib. de Fid. ad Petrum.

Probatur. Eſſe exemplar, vel Ideam, ad cuius ſimilitudinem aliquid fit, conuenit toti Trinitati. Exemplar enim, & Idea eſt diuina ſubſtantia, vel natura per eſſentiam exiſtens, quatenus imitabilis, & participabilis a creaturis, vt dictum eſt Tractatu primo cap. 11. de Ideis.

Ergo non eſt proprium nomen perſonæ Filij.

Multò minus nomen imaginis eſt proprium Filij, ſi accipiatur pro imagine repræſentante, vel exprimente non perfectè, & adæquatè diuinam eſſentiam, ſed imperfectè, & inadæquatè, vt creaturæ intellectuales, quæ procedunt a Deo ad imaginem, & ſimilitudinem ipſius Dei, & dicuntur etiam Dei imago; ex Apoſtolo 1. ad Cor. cap. 2.

S.Dionyſ.c.9. de diu.nom. s.Cyril. lib.4. Theſ. c.1. Geneſ. c.1.

Re-

Reſpondetur ſecũdo. Si nomen imaginis accipiatur in diuinis pro perfecta ſimilitudine perſonæ procedentis cum perſona, a qua procedit, ſiue procedat vt ſimilis in natura ex vi ſuæ proceſſionis formaliter, ſiue non; Nomen imaginis non eſt proprium nomen Filij.

Probatur. Nam ex S. Damaſceno [a]; Spiritus Sanctus eſt imago Filij; cum ita procedat a Filio, vt habeat perfectam cum Filio ſimilitudinem, a quo, ſicut a Patre, conſubſtantialis procedit.

Ergo hoc modo acceptum nomen imaginis, non eſt proprium nomen Filij.

Reſpondetur tertio. Si nomen imaginis accipiatur pro eo, qui ita procedit ab alio, vt ex vi ſuæ proceſſionis formaliter ſit ſimilis, vel idem in natura, ſeu ſubſtantia ei, a quo procedit; Nomen imaginis eſt proprium nomen Filij.

Probatur, quia hoc modo ſolus Filius, cum ſit a Patre per [b] intellectum, procedit ex vi ſuæ proceſſionis formaliter vt Verbum, non modo ſimile in natura, ſed etiam conſubſtantiale [c] Patri, & per conſequens vt perfecta imago Patris ex vi ſuæ proceſſionis formaliter; vt patet ex ijs, quæ dicta ſunt huius Tractatus cap. 1. quæſit. 2., vbi probauimus, proceſſionem Filij a Patre eſſe verè, ac pro-

a L. 1. ort. fid. cap. 18. S. Tho. p. p. q. 35. art. 2. in 1. arg Conc. Later. ſub Innoc. III. Conc Floren. ſub Eug. IV.

Alexander Epiſc. Alexand. epiſt. 1. & 2. Conc. Nicæn. s. Hilar. l. 3. de Trin. cir. fin. s. Baſil. homil. in c. 1. Ioan. s. Cyril. lib. 2. Theſ. c 1. & 2. S Damaſc. l. 1. ort. fid c 8.

b s. Tho. p p. q 27. ar. 2 3. 4. & 5. q 34. a. 1. & 2. q. 35. a. 2. q 38 a. 1. ad 1.

c S Ath. in ſymb. S. Baſil. lib 1. & 2. con. Eunom. Cyril l 2. theſ. c. 3 & 4 & li. 1. 2 & 3. de Trin.

Chryſo hom. 4.in c. 1. Io.& hom 38 in c. 5. Ioan. S. Leo Tract. adu. errores Eutych. &c. & hom. de Transfigurat. Domini. Beda i c. 2. ad Philip.

propriè generationem; quia ex vi ſuæ proceſſionis formaliter eſt a Patre filius in vnitate naturæ, eſſentiæ, ſeu ſubſtantiæ.

CAPVT SEXTVM.

DE PERSONA Spiritus Sancti.

Mat. 28. Io. 14 1. Ioan. 5. Symb. Apoſt. Conc. Nic. 1. Conſtantinopol. 1. Tol. 1. 4. 6. & 11. Cõc. Epheſin. & Chalcedõ. Quint. ſynod. gñal. Concil. Rhemenſ. ſub Eug III. Cõc. Lugdun. Conc. Later. ſub Innoc. III & Conc. Flor. s. Cypr. de Spiritu ſanct. s. Athan. in ſymbol. s. Cyril. l. 7. de Trin. Nyſſ. ad ue. Apolinar. S. Ambr. l. 1. 2. & 3. de Spiritu ſanct. s Leo ſer. 1. 2. & 3 de Pent. S. Bern. ſer 1. in feſto Pent. & li. 5. de cõſid. c 7 & 8. S. Tho p. p. q. 36. a. 1.

DE Spiritu Sancto agimus, qui eſt tertia Sanctiſſimæ Trinitatis perſona; qui cum a Patre, & filio per voluntatem vti amor procedat, ei, quæcunq; in humanum genus beneficia a Deo conferuntur, per quãdam appropriationem tribuuntur; quamuis à tota Trinitate, cuius actiones ad extra ſunt indiuiſæ, procedant. Amore namq; diuino, ac voluntate ſunt, quæcunque ad extra Deus bona operatur.

De quo, vt par eſt, non modo vt dignè ſentiamus, ſed vt, quod fide credimus, etiam religioſè eloquamur, & aptis verbis exprimamus.

QVÆ-

QVAERITVR PRIMO.

An hoc nomen, Spiritus Sanctus, ſit proprium nomen alicuius diuinæ perſonæ.

DICENDVM primò. Si nomen Spiritus Sãcti accipiatur pro Spiritu Sancto, vt duarum dictionum vim habet; ideſt pro ſubſtantia incorporea ab omni ſenſibilis materiæ concretione ſeiuncta, & ab omni peccati labe, ac macula ſeparata, ſeu remota; non eſt proprium nomen alicuius diuinæ perſonæ.

Probatur. Non ſolum Deus, qui eſt per eſſentiam [a] exiſtens, fons, & origo omnis ſanctitatis, eſt ab omni materia [b] ſenſibili ſeparatus, & ab omni peccati labe prorſus remotus;

Sed & cæleſtes omnes mentes; quæ Dei viſione ſunt beatæ, & Spiritus, & ſanctæ ita dicuntur, vt de [c] ſingulis poſſit dici, hæc eſt Spiritus Sanctus.

Dicendum ſecundò. Si nomen Spiritus Sancti in vim vnius dictionis accipiatur, eſt nomen proprium diuinæ perſonæ.

Probat vniuerſalis Eccleſiæ vſus, quem ex manifeſtis [d] Scripturis deduci, omnes ortho-

a Exod. 3. Sapien. 13. S. Dionyſ. c. 5. de diu. nom. S. Ambr. li. 10. in c. 22 Luc. S. Hier. ep. 97. ad Damaſ. & in ca. 3 ad Epheſ. S Cyril. in Io. cap. 23. Chryſ. ſer. de s. Trin. s Leo ſer. 1. de Pent. S. Tho. p. p. q. 41. a. 2.

b Io. 1. Luc. 24. Conc. Later. ſub Innoc. III. S Ath. diſp con. Ariũ, & orat. cont. Idola Naziãz or. 31. & 45.

thodoxæ Fidei [e] Patres, etiam in [f] Concilijs Generalibus in Spiritu Sancto legitimè congregati, recipientes comprobant, atque omnibus, tanquam Dei donum, religiosè, ac ſanctè cuſtodiendum, proponentes, commendant, & ſic fide credendum eſſe, docent.

QVAERITVR SECVNDO.

An Spiritus Sanctus procedat a Filio.

RESPONDEO. [g] Fide credendum eſt, Spiritum Sanctum à Filio procedere.

Sic enim definitum eſt ex [h] Scripturis in [i] Concilijs Generalibus, & [k] vniuerſalis Eccleſiæ conſenſu receptum.

Ratione etiam confirmatur. Si Spiritus Sanctus a Filio non procederet, non diſtingueretur ab illo. Ex recepto enim Theologorum Axiomate. In [l] diuinis nulla eſt diſtin-

S. Leo ep. 93. decret. Damaſc. l. 1. ort. fid. c. 2. & 10. e S. Hilar. l. 8. de Trin. S. Baſil. lib. 3. con. Eunom. S. Aug. li. 5. de Trin. c. 11. S. Bern. ſer. 3. in die Pent. S. Tho. p. p. q. 36 a. 1. d Mat 3. & 28 Marc. 1. & Lucæ 1. & 3. Io. 14. Act 2. ad Galat. 4. ad Epheſ. 3. 1. Petr. 1. 1. Io. vlt. Symb. Apoſt. f Cōc. Nic. 1. Conſtantinopol. 1. Conc. Tol. 4. 6. & 11 Conc. Later. ſub Innoc. III. Cōc. Lugdun. ſub Greg. X. Conc. Florēn. ſub Eug. IV. & Cōc. Trid. e Oſius l. 2. de s. Trin ī ſyno. Nicæna. S. Atha. in ep. ad Serapionē de Spiritu S. S. Hilar. li. 12. de Trin.

S. Ambr. l. 1. 21 & 3. de Spū S. S. Aug. l. 5. de Trin. c. 11. l. 7. c. 4. l. 15 c. 19. S Baſil lib. 3. con. Eunom. S. Leo ſer. 1. 2. & 3. de Pent. S. Bern. ſer. 3. in die Pent. Magiſt. in 1. diſt. 10 11 12. 13 &c. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 6. & ſeqq. g Conc. Tol. 1. 4 6. 8. 11 12. S. Tho. p p. q 36. a 2. h Io 15. 16. & 17. i Conc. Epheſin. p. p c 26 ex ep Cyril. ad Neſtorium, quæ approbata fuit à IV. Synod. act. 5. à V Synod collat 6. à VI. Synod. act. 13. & à VII Synod. act. 7 Conc. Later. ſub Innoc III. Conc Lugdunen. ſub Greg. X. Conc. Flor. ſub Eug IV. Profeſsio Fidei a Græcis faciēda iuſſu Greg. XIII. Inſtructio ſuper ritibus Græc. Clem. VIII An. 1595. k S. Cyp. de Spiritu s. S. Ath. in ſymb. s. Hilar l. 12. de Trin. S. Aug l. 4. de Trin. c. 20 & l. 5. c. 14. Chryſ hom 1 & 2 in expoſ. ſymbol. Apoſt. S. Ber. ſer. 1. & 3. in feſt. Pēt. Mag. in 1. diſt. 11. Bellar. l. 2. de Chriſt. c. 20. &c.

ſtinctio, vbi non eſt relatiua oppoſitio; quæ perfectiſſimam ſubſtantiæ, atque naturæ diuinæ per eſſentiam exiſtentis, poteſtatis, ac voluntatis vnitatem non aufert.

Non minus enim eſt vna diuina[m] eſſentia in tribus perſonis ſubſiſtens, quam ſi in vna tantum hypoſtaſi, aut perſona ſubſiſteret.

At ſi Spiritus ſanctus a Filio non procederet, non illi relatiuè[n] opponeretur.

Ergo non diſtingueretur Spiritus ſanctus a Filio: quod qui concedunt, contra Fidem, [o] Trinitatem negant.

Minor probatur: quia per filiationem Filius relatiuè nō opponitur Spiritui ſancto. Filiatio enim dicit relationem perſonæ procedentis Filij ad principium, a quo procedit per generationem in ſimilitudinem, & vnitatem naturæ.

Verum de fide eſt, Filium[p] non procedere a Spiritu ſancto; ſed a Patre.

Ergo per filiationem non relatiuè opponitur Filius Spiritui ſancto, ſed tantum Patri.

Danda eſt igitur alia relatiua oppoſitio, qua Filius, & Spiritus[q] ſanctus, qui ſunt eſſentia, voluntate, & omnibus abſolutis prædicatis maximè vnum, inter ſe relatiuè opponantur.

P Hoc

l S. Baſ. l. 1. & 2. con. Eunom Naz. orat. 25. Cyril. lib 12. Theſ. c. 13. Chryſo hom. 38. in c. 5. Io. t. 3. Boet. li. 1. de Trin. c. 12. s. Bern. li. 5. de cōſid. c. 7. & 8 s. Damaſc. l. 1. ort. fid. c. 10. S. Tho p. p. q. 30. a. 2. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 15. & 26.

m s. Leo ſer. 1 2. & 3. de Pentec. S. Bern. l. 5. de conſid. cap. 7. & 8.

n Conc. Flor. ſeſſ. 25. Bellar. li. 2 de Chriſto c. 26. s. Tho. p. p. q. 36. ar. 2. in corp.

o Mat. 28. Io. 14. 1 Ioan. 5. Symb. Apoſt. Conc. Nic. 1. Conſtantinopoli. Epheſin. Chalcedonē. Quint. & Sexta ſyno gñal. in ſymbol. Conc Lateṛ. ſub Innoc. III & Conc Trident. ſeſſ 3.

p Ioan. 16. Conc. Later. ſub Innoc. III. Conc. Lugdun. ſub Greg X. Conc. Floren. ſub Eug IV. S Athan in ſymb S Tho p. p. q. 36 a. 2.

q Conc. Tol. 1 4 6. 8. & 11. Oſius Cordub lib 2 Conc. Nicæn. de fide Sanctiſſ. Trin s Ambr. l. 2 de Spiritu ſanct c. 12 S. Hier ep 57 ad Damaſ. s. Aug. l 1. de Trin. c. 4. & l. 5. c. 10. Chryſ. or. 2. de Trin. t. 5. & ſer. de s. Trin. t. 3.

s. Tho. p.p. q. 36. a. 2. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 26.

Hoc non poteſt eſſe, niſi Spiritus ſanctus procedat a Filio, vel Filius procedat a Spiritu ſancto.

a s. Ath. ſer. 2 con. Arian. & in op. ad Serapionem. S. Baſil. li. 2. 3. & 5. con. Eunom. & ī lib. de Spiritu s. & hom. 4. ſup. orat. Dom. Nazianz. or. 5 de Theolog. Cyrill. lib. 11. in Ioan. Epiph. hæreſi 69. & in Anchorato. s. Damaſc. l. 1 de fid. c. 18. s. Maximus in c. 4. Zachar. Magiſt. in 1. diſt. 29.

Neceſſe igitur eſt, ſi Filius, & Spiritus ſanctus ſunt indiuiduæ Trinitatis diſtinctæ perſonæ, Spiritum[a] ſanctum a Filio procedere: Cum certiſſimum ſit, Filium a Spiritu ſancto non procedere.

OBIICIES I.

b Conc. Flor. ſeſſ. 25. S. Tho. p.p. q. 40. art. 1. 2. 3. & 4. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 26.

Per illud[b] diſtinguũtur diuinæ perſonæ, per quod conſtituuntur.

Sed Filius filiatione conſtituitur.

Ergo etiam filiatione diſtinguitur.

Ergo tametſi Spiritus ſanctus a Filio non procederet; adhuc Filius ab eodem Spiritu ſancto diſtingueretur per filiationem, qua conſtituitur.

s. Tho. p.p. q. 30. ar. 2. in corp. & q. 32. ar. 3. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 26.

Reſpondeo, conceſſa maiori; ad minorem dico, Filium conſtitui per filiationem, quæ includit actiuam ſpirationem, ſeu relationem ad Spiritum Sanctum, ſecundum quam ab eodem Spiritu Sancto diſtinguitur; quamuis ab illa Filius non denominetur.

OBIICIES II.

IN diuinis Perſonæ, atque hypoſtaſes cõſtituuntur, & diſtinguuntur perſonalibus pro-

proprietatibus, quæ ſunt paternitas, filiatio, &proceſſio, ſeu paſſiua ſpiratio.

Sed, etiam ſi Spiritus ſanctus non procederet a Filio, adhuc Filius haberet ſuam perſonalem proprietatem, quæ eſt filiatio.

Ergo per illam diſtingueretur a Spiritu Sancto; & vice verſa Spiritus Sanctus haberet propriam relationem, qua diſtingueretur a Filio.

Reſpondetur. Paternitas, & filiatio ſunt proprietates perſonales, quatenus includunt ſpirationem actiuam, non quatenus illam excludunt. Quamuis enim a paternitate tantum denominetur Pater, & a filiatione Filius; atque ab vtroque per intellectum abſtracta relatione ad Spiritum ſanctum, remaneat perſona Patris, & perſona Filij ſecundum propriam rationem, qua ab inuicem diſtinguuntur, & diſtinctæ perſonæ nominantur, non ſolum ab inuicem, ſed etiam a Spiritu Sancto;

S. Tho. p. p. q. 36. ar. 2. & 4. & q. 40. ar. 1. ad 1. Bellar. li. 2. de Christo c. 26.

S. Tho. p. p. q. 40. ar. 3. in corp.

Verumtamen nec Pater ſola paternitate, nec Filius ſola filiatione, excludente ſpirationem, conſtituuntur, aut a Spiritu Sancto formaliter diſtinguuntur.

Quod ſi, [a] Scripturarum, [b] Conciliorum, & Patrum [c], atque totius Eccleſiæ vſu, nomi-

a Matth. 28. Luc. 1. Io. 14. ad Galat. 4. 1. Io. 4. & 5.

b Conc. Nic. 1. Conſtantinop. 1. Epheſin. & Chalcedon. in ſymbol. Conc. Tolet. 1. 4. 6. 8. 11 & 12. Conc. Vvormat. ſub Hadrian. II. c S. Dionyſ. de myſtic. Theolog. c. 3. s Cypr. de orat. Dom. Oſius Cordub. l. 12. Nicæn. ſynod. s. Athan. in ſymb. s. Hilar. de ſynod. aduers. Arian. S. Baſil. de exercit. monaſt. Nazian. or. 23. & 32. Epiphan. hæreſ. 57 & 62.

S. Ambr. de dignit. hum. cōdit. c. 2. & l. 2. de fid. c. 4. S. Hier. in c. 4. ad Epheſ. S. Aug. in lib. de fid. & ſym. S. Leo ſerm. 1. 2. & 3. de Pét. Boet. li. 1. & 2. de Trin. S. Greg. in ſymb. a Conc. Tol. 3. 4. 6. 8. 11. Conc. Later. ſub Innoc. III. Cōc. Lugdun. ſub Greg. X. Conc. Floren. ſub Eug. IV. Profeſsio Fid. a Græcis facienda iuſſu Greg. XIII. Clem. VIII. I inſtruct. ſuper aliquibus ritibus Græcorū Ann 1595. S. Tho. p. p. q. 36. a. 2. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 26.

ne Patris, & Filij intelligamus primam, & ſecundam Sanctiſſimæ Trinitatis perſonam a Spiritu Sancto diſtinctam; etiamſi Patris, & Filij, quæ eſt ad Spiritum Sanctum relatio, non exprimatur;

Dici poteſt, nomine Patris, ac Filij expreſsè, & formaliter ſignificari paternitatem, & filiationem; tacitè verò ſubintelligi actiuam ſpirationem, vel relationem, qua Pater, & Filius ad Spiritum Sanctum referuntur, & ab eodem diſtinguuntur.

Quod ſuadet Eccleſiæ[a] definitio in Concilijs etiam Generalibus in Spiritu ſancto legitimè congregatis; in quibus expreſsè pronunciatur, & declaratur, Spiritum ſanctum a Patre, Filioq; procedere: quod abſque ſpirātis, ſeu ſpiratoris ſubintellecta relatione, quæ in Patre, ac Filio ſit, explicari non poteſt: Ex eo enim, quod vna perſona in diuinis ab alia procedere intelligatur, neceſſe eſt inter illas relatiuam oppoſitionem concipi.

Formalis autem relatiua oppoſitio, quæ eſt in Patre, Filioq; ad Spiritum ſanctum, eſt actiua ſpiratio, qua ratione accipitur pro relatione vtriuſque ad Spiritum ſanctum ab vtroque procedentem.

Ex his, quæ ex Patribus, atque Concilijs, ſacræ Scripturæ, ac traditioni adhærentibus, ad Spiritus ſancti a Filio comprobandam proceſ-

proceſſionem, adduximus, poſſent, qui in Oriente id negant, animaduertere, num ab antiqua fide, quam Patres eorum Eccleſiæ lumina profeſſi ſunt, receſſerint.

QVAERITVR TERTIO.

Vtrum Spiritus Sanctus procedat a Patre per Filium.

RESPONDEO. Spiritum Sanctum procedere a Patre per Filium. (Conc. Floren. ſub Eug. IV. S. Hilar. li. 12. de Trin. in fin. Magiſt. in 1. diſt. 12. s. Tho. p.p. q. 36. a. 3.)

Probatur. Procedere Spiritum ſanctum a Patre per Filiũ nihil aliud intelligimus, quàm Patrem communicaſſe Filio, vt ab ipſo procedat Spiritus ſanctus.

Sed verè Filius habet a Patre, vt ab eo procedat Spiritus ſanctus.

Ergo Spiritus ſanctus procedit a Patre per Filium.

Minor probatur. Quicquid habet Filius, habet a Patre. (Io. 7. 10. & 16. s. Aug. l. 15. de Trin. c. 26. & 27. S. Damaſc. l 1. ort. fi. c. 10. Magiſt. in 1. diſt. 12.)

Sed Filius habet, vt ab eo procedat Spiritus ſanctus, vt patet ex dictis.

Ergo, vt ab eo procedat Spiritus ſanctus, habet a Patre.

Neque tamen ex eo, quod Spiritus ſanctus procedat a Patre per Filiũ, ſequitur Spi-

ritum ſanctum non immediatè a Patre procedere. Nam ipſe Pater virtutem, quam communicauit Filio ſpirandi Spiritum ſanctum, quæ eſt diuina voluntas, eandem indiuiduam ſibi retinuit, ſicut eandem ſibi retinuit ſubſtantiam, quam communicauit Filio: vt eſt definitum in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III.

OBIICIES I.

Etiam Spiritui ſancto communicata eſt a Patre, & Filio eadem voluntas; quæ ſi in Patre, & Filio eſt virtus productiua Spiritus ſancti; etiã Spiritus ſanctus a ſe ipſo procederet: habet enim in ſe ipſo voluntatem, quæ eſt virtus producendi amorem, qui eſt idem Spiritus ſanctus:

Aut ſpiraret alium Spiritum ſanctum. Quod eſt vltra Trinitatem multiplicare perſonas; contra fidem a Patribus [b], & Concilijs [c] ſemper, & vbique receptam, & manifeſtis ſcripturis [a] traditam, atque expreſſam.

Reſpondetur. In Patre [d], Filio, & Spiritu ſancto eſt eadem voluntas: Spiritui tamen ſancto non eſt diuina voluntas communica-

ta

a Matth. 28. Io. 14. & Io. 4. & 5.
b S. Athan. in ſymbolo. S. Leo ſerm. 1. 2. & 3. de Pentecoſt. & Tract. con. errores Eutychet. S. Bern. lib. 5. de conſid. cap. 7. & 8. c Conc. Nicen. 1. Conſtantinop. 1. Epheſin. & Chalcedonen. V. VI. & VII. Synod general. in Symb. Fid. Conc. Toletan. 1. 4. 6. 8. & 11. Concil. Lateran. ſub Innoc. III. d S. Ambroſ. lib. 2. de fid. cap. 3. & 4. S. Hier. in interpret. l. 1. Didym. de Spiritu ſanct. Damaſc. l. 1. orth. fid. cap. 10. S. Tho. p. p. q. 28. a. 4. ad 1. Bellar. l. 2. de Chriſto cap. 26.

ta vt principium, quo, productiuum Spiritus ſancti: aliàs Spiritus ſanctus a ſe procederet, & a ſe ipſo diſtingueretur, vel alium Spiritũ ſanctum produceret; vt aſſeritur in argumento: quorum vtrumque eſt maximum contra fidem abſurdum: ſicut alibi explicatum eſt.

Non enim in Spiritu ſancto voluntas[a], ac voluntatis actus ſpiratoris, aut ſpirantis relationem connotat; ſed procedentis ſpiritus ad Patrem, ac Filium relationem[b], quam, ob nominum penuriam, proceſſionem, ſeu paſſiuam ſpirationem appellant: quæ nomina magis proceſſionem, quàm relationem ſignificant.

a S. Tho. p. p. q. 37. a. 1. ad 4. Bellar. li. 2. de Christo c. 13

b S. Tho. p. p. q. 27. a. 4. & q. 28. a. 4.

OBIICIES II.

SI poſſet dici, Spiritum ſanctum procedere a Patre per Filium; poſſet etiam dici a Filio per Patrem procedere. Nam ſicut dicitur procedere a Patre per Filium; quia Filius habet a Patre virtutem ſpirandi Spiritum ſanctum: ita vice verſa poterit dici Spiritus ſanctus procedere a Filio per Patrẽ; quia Filius habet a Patre, vt ab ipſo procedat Spiritus ſanctus.

Quemadmodum princeps, vel Rex dicitur regere ciuitatem, vel prouinciam per Rectorem, ſeu præſidem: quia dat illi auctoritatem regendi.

Sic

Sic vice verſa, Rector Ciuitatis, vel præſes prouinciæ dicitur regere Ciuitatem, ſeu prouinciam per principem, aut Regem: quia ab ipſo habet poteſtatem, & auctoritatem regendi Ciuitatem, vel prouinciam.

S. Tho. p. p. q. 36. a. 3. ad 4.

Reſpondetur; non eſſe congruam iſtam locutionem. Spiritus ſanctus procedit a Filio per Patrem; ſicut congrua eſt hæc; Rector, vel præſes Ciuitatis, aut prouinciæ regit Ciuitatem, vel prouinciam per principem, ſeu Regem: quia præſes, aut Rector habent a principe, ſiue Rege dependenter auctoritatem, & poteſtatem regendi, quæ poteſt ab illis remoueri toties, quoties princeps, vel Rex decreuerit; nec eandem poteſtatem, atque auctoritatem habet Rector, vel præſes, quam habet princeps, aut Rex.

Conc. Nic. 1. Conc. Later. ſub Innoc. III Conc. Tol. 1. 4. 6. 8. 11. 12. & 13. S. Athan. in ſymbol. Nazian or. 13 23. & 36. S. Aug l. de fid & ſymb. S. Hier. ep. 57. ad Dama'. & in c. 4. ad Epheſ. S. Leo Tract con. errores Eutychet. &c. & ſer. 1 2. & 3. de Pent & hom de Träſfigur. Dñi. S. Bern. ſerm. 3. in vig. Natal. Dom. Magiſt. in 1. diſt. 11. S. Hilar. l. 12. de Trin. S. Th p p. q. 36. a. 3

At Filius, cui Pater per generationem cõmunicat eandem numero indiuiſam ſubſtantiam, eſſentiam, naturam, & voluntatem, ne videatur dici principium Spiritus ſancti virtute ſpiratiua, quæ ſit minus propria Filij, quàm patris; non conſueuerunt, vt ego exiſtimo, Theologi, vti hac loquendi forma: Spiritus ſanctus procedit a Filio per patrem, ſicuti vtũtur hac alia: Spiritus ſãctus procedit a patre per Filiũ. Nunquã enim quod conuenit pluribus diuinis perſonis, cõuenit [a] perfectiori

[a] Cõc. Later. ſub Innoc. III. S. Athan. in ſymb. S. Hilar. l. 9. de Trin. Naz. orat. 13 23. 35. 36. & 37.

ctiori modo vni, quàm alteri. Neque eſt maior perfectio communicare, vel minor perfectio accipere ab alio, quando qui communicat eandem numero indiuiſam perfectionem, quam habet, communicat ei, qui accipit: quod ſolum reperitur in diuinis perſonis, in quibus eſt vna, eademq; natura, eſſentia, ſeu ſubſtantia.

Conc. Nic. 1. Conſtantinopol. 1. Epheſinū, & Chalcedon. in ſymb. Conc. Tol. 1. 4. 6. 8. 11. 12. 13. Conc. Floren. ſub Eug. IIII. Oſi. Corduben. in l. 2. Nicęn ſynod. S. Hier. ep. 57 ad Damaſ. S. Leo ſer. 1. 2 & 3. de Pent. & Tract. adu. errores Eutychet. S. Bern. l. 5. de conſid. cep. 7. & 8. & ſer. 3. in vigil. Natal. Dom.

QVÆRITVR QVARTO.

Vtrum Pater, et Filius ſint vnum principium Spiritus Sancti.

RESPONDEO, dicendum. Pater, & Filius ſunt vnum principium Spiritus ſancti.

Probatur. Perſonæ [a] diuinæ in omnibus ſunt vnum, vbi non eſt relatiua oppoſitio.

Sed inter Patrem, & Filium, quatenus sũt principium Spiritus ſancti, non eſt relatiua oppoſitio: cum eſſe principium Spiritus ſancti vtrique, ſcilicet Patri, & Filio conueniat.

Conc. Lugdunen. ſub Gregor. X. Conc. Floren. ſub Eug. IIII. ſeſſ. 22. 23. 24. & 25 & in definitione. S. Hilar. l. 2. 8. & 12. de Trinit. S. Aug. 5. de Trini. c. 14. S. Tho. p. p q. 35. ar. 2. in corp & q. 36. ar. 4. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 27.

a Conc. Toletan. 11. Conc. Later. ſub Innoc. III. Conc. Floren. ſeſſ. 25. Cyril. Alexan. l. 7. Theſ. c. 1. Chryſ. hom. 38. in c. 5 Io. Nazianz. orat. 35. & orat. 5. de Theologia. S. Damaſc. l. 1. orth. fid. c. 2. Boet. l. 1 de Trin. c. 12. S. Bern. l. 5. de conſid. c. 8. S. Aug. l. 1 de Trin. cap. vlt. & l. 15. c. 14. S. Tho. p. p. q. 30. a. 2. q. 36. a. 4. q. 41. a. 6. & alibi. Bellar. l. 2. de Chriſto c. 26.

Ergo Pater, & Filius ſunt vnum principium Spiritus ſancti.

OBIICIES I.

TOt ſunt principia Spiritus ſancti, quot ſunt ſpirantes, cum principium Spiritus ſancti ſit ſpirans.

Sed Pater, & Filius ſunt duo ſpirantes Spiritum ſanctum.

Ergo ſunt duo principia.

Reſpondeo, negando maiorem: nam ſpirans, cum ſignificet principium ſpirandi participio, quod pro ſuppoſito, ac hypoſtaſi ſupponitur, ſicut & nomina adiectiua; multiplicatur, id eſt numero multitudinis ſignificatur, vel dicitur ad multiplicationem tantum ſuppoſitorum, hypoſtaſeon, ſeu perſonarum; cum tamen nomen, principium, quod eſt ſubſtantiuum, vt plurali numero prædicetur, vel dicatur, & ſuppoſiti, & formæ multiplicationem requirat: rectè enim dicimus tres habentes deitatem: tres[a] autem Deos pronunciare, vel aſſerere, eſt ſummum nefas, & error maximus in fide. Cum forma, qua Deus denominatur Deus, ſit diuina eſſentia, quæ nõ eſt multiplex, ſed maximè vna.

S. Tho. p.p. q. 36. art. 4. in corp. & ad 7. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 27.

Sicuti

a Deut. 6. 1. Reg. 2. Pſ. 17. & 85. Malac. 2. Marci 12. 1. Corin. 8. ad Galat. 3. ad Epheſ. 4. 1. Timot. 2. Conc. Tol. 11. Conc. Later. ſub Innoc. III. S. Dion. c. 1. de diu. nom. S. Cypr. de Idolor. vanit. Nazian. orat. 29. Epiph. hæreſ. 57. Hilar. in pſ. 134. S. Ambr. l. 1. de fid c. 2. S. Hier. in ca. 4. ad Epheſ. S. Aug. l. 1 de Trin. c. 4. & ſer. 6. de tempore. Petrus Chryſol. ſer. 57. & 59. Beda in lib. Boetij de Trin. S. Tho. p.p. q. 11 a. 3.

Sicuti forma, qua Pater, & Filius ſunt principium Spiritus ſancti, eſt voluntas, quæ eſt vna, & eadem in Patre, & Filio.

Dum autem diuinam naturam, aut voluntatem, ſeu intellectum, & cætera attributa formam dici audis, ne exiſtimes, nomine formæ intelligi alteram compoſiti partem; cum Deus ſit maximè ſimplex.

Sed ſcito, dici formam; quia ſunt id, quo diuinæ perſonæ ſunt, & denominantur vnus Deus, idem intelligens, ac volens, &c. id autem, quo aliquid eſt, vel denominatur, formam appellare conſueuerunt.

OBIICIES II.

Pater, & Filius vel ſunt vnum principiũ, quod eſt Pater; & ſic Filius, cum non ſit Pater, non erit principium Spiritus ſancti, vel vnum principium, quod non eſt Pater; atque ita Pater non erit principium Spiritus ſancti.

Et ſic Spiritus ſanctus non procedet vel a Patre, vel a Filio, quorum vtrumque damnatur in ſymbolo, vbi de fide tanquam neceſſariò credendum proponitur, Spiritum ſanctum a Patre, Filioq; procedere.

Reſpondetur. Pater, & Filius ſunt vnum principium Spiritus ſancti, quod eſt Pater,

ſed non tantum; nam etiam illud principium eſt Filius.

Quemadmodum etiam Pater, & Filius, atque Spiritus ſanctus ſunt vnus Deus, qui eſt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus: in quibus cum vnitate [a], identitateq; ſubſtantiæ, ſeu eſſentiæ; hypoſtaſeon, ſiue perſonarum ſaluatur diſtinctio: quod neceſſarium eſt dicere, vt vnum Deum in Trinitate veneremur.

Quod ſi Pater, & Filius apud probatos Auctores, ſeu Patres [b] duos ſpiratores dici reperiantur, aut quid ſimile.

Sciendum eſt nomen ſubſtantiuum poni pro adiectiuo, vel participio; vti docet S.Tho. p.p.q.36. a.4. ad 7.

Cum igitur in Patre [c], ac Filio ſit vna relatio; qua Spiritui ſancto relatiuè opponuntur; & vna voluntas, quæ in vtroque Patre, ſcilicet, ac Filio eſt principium, quo, producendi Spiritum ſanctum: ſpirator vnus, vel vnum principium Spiritus ſancti verè, ac propriè dici, nominariq; poſſunt.

Sicut tres [d] diuinæ perſonæ vnus Deus & verè ſunt, & eſſe dicuntur.

a Conc. Nic. 1. Conſtantinop. 1. Epheſin. & Chalcedon. V. VI. & VII. ſynod. general. in ſymbol. Concil. Vvormat. ſub Hadriano II. Conc. Floren. ſub Eug. IV. Cóc. Trident. ſeſſ. 3. 5. Ath. in ſymb. S. Baſil. ſer. de exercit. monaſtic Chryſ. homil. 11. in Marc. Cyrill. Alex. adu. Anthropormophitas c. 6. s. Leo ſer. 1. 2. & 3. de Pent. Boet. l. 1. & 2. de Trin. s. Gregor. in ſymb. S. Bern. l. 5. de conſid. c. 8. Magiſt. in 1. diſt 2. S. Tho. p.p.q. 30. a. 2. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 26. & 27.

b S. Hilar. l. 2 de Trin. in fi.

QVÆ-

c S. Tho. p.p. quæſt. 36. art. 4. ad primum. Bellar. lib. 2. de Chriſto cap. 26. & 27.

d S. Atha. in ſymb. Nazianz. orat. 13. 20. 23. 25. 37. & 51. s. Nyſſen. ep. adu. Apolinar. s. Aug ſer. 1. & 6. in feſt. Trinit. Chryſ. ſer. de s. Trin.

QVÆRITVR QVINTO.

An amoris nomen ſit proprium Spiritus Sancti.

EX ijs, quæ ſupra non ſemel, aut iterum, ſed ſæpius dicta ſunt, conſtat, Spiritum ſanctum voluntate a Patre, Filioq; procedere: quæ etſi in vtroq; ſit principium, quo, ſpirandi Spiritum ſanctum: non tamen dicendus eſt Spiritus ſanctus ita a Patre, & Filio per voluntatem procedere, vt Pater, & Filius poſſint, aut potuerint deſiſtere ab actu ſe diligendi, quo ſpirant Spiritum ſanctum.

S.Tho. p.p. q. 27. a. 3. 4. & 5. & qu. 37. a. 1. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 13.

Voluntas enim ſummum bonum ab intellectu clarè, & intuitiuè, atque adæquatè cōprehenſum, non poteſt non amare.

Spiritum autem ſanctum Deum verum de Deo vero a Patre, Filioq; procedere cum ſit fide credendum; ſummum etiam bonum eſſe, neceſſe eſt.

Quare neceſſe eſt etiam, vt Pater, & Filius diligentes ſe, producant Spiritum ſanctum; aliàs

S. Cyrill. ep. ad Neſtor. quę ſcripta fuit in Conc. Alexā. ſub Cæleſtin. I. & habetur in Cōc. Epheſin c. 26. quæ recepta fuit a IV. ſynod. act. 5. a V. ſynod. collat. 6. a VI. ſynod. act. 13. & a VII. ſynod. act. 7. Conc. Tol. 1. 3. 4. 6. 8. & 11. Conc. Later. ſub Innoc. III. Conc. Lugdun. ſub Greg. X. Conc. Floren. ſub Eug. IV. S. Cypri. ſer. de aduen. Spiritus ſanct. S. Atha. in ſymb. S. Baſil. l. 3. con. Eunom. Naz. orat. 5. de Theolog. S. Ambr. l. 1. de Spiritu S. c. 12. S. Hier. in ep. ad Hedibiā. S. Aug. Tract. 8.

aliàs deficere poſſent, quod primo principio per eſſentiam exiſtenti, repugnat: cui etiam per [a] eſſentiam conuenit diligere, & velle, quicquid ſummi, ſeu infiniti boni rationem habet, in quod per modum naturæ voluntas ſumma propenſione, nullo extrinſeco principio cogente, neceſſariò fertur.

Quæritur ergo. An, quemadmodum nomen [b] Verbi eſt nomen perſonale, ſignificás ſecundam perſonam Sanctiſſimæ Trinitatis, qui eſt Filius patri conſubſtantialis, per intellectum ab eodem patre procedens,

Ita nomen, [c] amor, ſit nomen proprium perſonæ Spiritus ſancti, qui patri, & Filio conſubſtantialis, per voluntatem ab vtroq; procedit.

Reſpondeo, dicendum primò. Si nomen amoris [d] accipiatur ſimpliciter, & abſolutè p actu diuinæ voluntatis, quo Deus vult, & amat omne bonum; non eſt proprium perſonæ Spiritus ſancti.

Probatur. Nam tres perſonæ diuinæ, pater, Filius, & Spiritus ſanctus eadem voluntate, & amoris actu, qui eſt idem cum eſſentia diuina, volunt, & amant omne bonum.

Ergo nomen amoris hoc modo ſumptum, non eſt proprium Spiritus ſancti nomen.

Dicendum tamen ſecundo, ex vſu patrum, & Theologorum, ſcripturis adhærente; nomen

in Ioan. s. Leo ep. 93. decret. c. 1. Boet. l. 1. de Trin. Beda l. 1. de element. philoſophiæ.

a s. Ath. de incarnat. Verbi. S. Hier. in c. 3. ad Epheſ. s. Aug de nat. bon. con. Manichęos. s. Damaſc l 1. ort. fid. c. 29. S. Bern. l. 5. de conſid. ad Eugen. c. 6. Boet. l. 3. de conſol. proſ. 10.

b s. Tho. p. p. q. 34. a. 4. s. Cyril l. 1. & 2. de Trin. l 6. Theſ. c. 1 & li. 7. c. 1. & 4. s. Baſil. hom. ĩ verba illa in prĩcipio erat Verbum. S. Damaſc. l. 1. orth. fid. c. 6. & 9.

c s. Th. p. p. q. 37. a. 2. 3. 4. & 5 & q. 37. a. 1

d 1. Ioan. 4. S. Aug. li 6. de Trin. cap. 5. & l. 15. c. 17. & ſeqq. S. Tho. p. p. q. 37. a. 1.

ad Rom. 5. s. Greg hom. 30. in feſt. Pét. s. Aug. li. de

men amoris accipi etiam pro nomine proprio ſignificante Spiritum ſanctum.

fide & ſymb. c.9. de Trini. l.6.c.5.l.15.c. 17.& ſeqq. Magiſt. in 1. diſt.10. S.Tho. p.p. q. 37.a.1.

Probatur. Nomen proprium perſonæ eſt illud, quo ſignificatur vna perſona ſecundũ relationem, qua eſt oppoſita relatiuè alijs perſonis, & qua ſubſiſtit, & eſt ſuppoſitum, ſeu hypoſtaſis.

Sed hoc nomine, amoris, ſignificatur Spiritus ſanctus, vt eſt procedens per modum voluntatis a Patre, & Filio, & illis relatiuè oppoſitus, vt procedens ab ipſis tanquam ab vno principio, perſona, ſuppoſito, ſeu hypoſtaſi diſtinctus; quamuis natura, & eſſentia, ſeu ſubſtantia vtrique maximè vnus.

Ergo hoc nomen, amor, formaliter importat relationem originis Spiritus ſancti ad Patrem, & Filium, per quam idem Spiritus ſanctus eſt ſubſiſtens, hypoſtaſis, ſeu perſona.

Nomen igitur amoris hoc modo ſumptum, eſt nomen perſonale proprium Spiritus ſancti, qui eſt [a] tertia perſona Sanctiſſimæ, & indiuiduæ Trinitatis, a Patre, & Filio procedens, & vtrique conſubſtantialis.

a Matth.28. 1.Io.4.& 5. Symb. Apoſt. Cõc.Lugdun. ſub Greg.X. Conc. Later. ſub Innoc. III. Conc.Floren. ſub Eug.IV. Conc.Tole.1. 3 4 6.8.& 11. S.Ath.i ſymb. S.Leo ſer. 1.2 & 3. de Pent. S.Bern.l.5. de conſid.c.7.& 8. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 20 & ſeqq.

Ex his autem facilè reſpondetur ad omnia obiecta, quæ ex ſcripturis poſſent adduci ad probandum, nomen amoris accipi interdum abſolutè pro actu diligendi, vel pro amore, qui eſt actus diuinæ voluntatis, quo Deus amat ſe, & alia a ſe.

Nam

Nam id verum eſt, & libenter concedimus: Sed dicimus, hoc nomen amoris, non tantum abſolutè, ſed etiam relatiuè, ac perſonaliter ſumi ad ſignificandam tertiam indiuiduæ Trinitatis perſonam, quæ per modum voluntatis a Patre, Filioq; procedit.

S.Tho. p.p.q. 37.a.1.

Ex quibus intelligere licet, quàm ſuperbè ſapiāt illi, qui de diuinis perſonis quicquam enunciare audent, quod non ſit a Deo Eccleſiæ nobis credenda proponenti, reuelatum.

Quare de Spiritu ſancto loquentes, quod non habeamus tot nomina, quot neceſſaria ſunt ad explicanda, quæ nobis de Spiritu ſācto reuelata ſunt, id eiuſdem Spiritus ſancti donum eſſe exiſtimo; qui cum ſit primum donum; nos conditionis humanæ admonere voluit, vt cognoſcentes noſmetipſos tanquā non aptos cogitare aliquid a nobis, quaſi ex nobis, diſceremus ſubdere nos cæleſti doctrinæ, ab eodem Spiritu ſancto, per Eccleſiam proponentem, reuelatæ. De quo;

S.Tho. p.p. q. 27.a.4.ad 2.q. 28.a.4.&q.37 ar.1.

S.Aug.l.15.de Trin. c.29. S.Tho. p.p. q. 38.a.2.

Apoſt.ad Corinth.cap.3.

QVÆ-

QVAERITVR SEXTO.

An Pater, et Filius diligant ſe Spiritu Sancto.

RESPONDEO, dicendum primò. Si diligere accipiatur eſſentialiter, & abſolutè, Pater, & Filius non diligunt ſe Spiritu ſancto.

s. Aug. l. 15. de Trin. c. 17. & ſeqq. s. Tho. p. p. q. 37. a. 2.

Probatur; diligere eſſentialiter, & abſolutè eſt actus diuinæ voluntatis, quo diuinæ perſonæ propriam eſſentiam, ſe ipſas, & quicquid boni rationem participat, diligunt: qui actus, cum ſit idem cum diuina voluntate, eſſentia, ſeu ſubſtantia; eſt idem in tribus perſonis, Patre ſcilicet, Filio, & Spiritu ſancto, in quibus eſt idem eſſe, & intelligere, velle, & amare; quod nihil eſt aliud, quàm eſſentia, natura, ſeu ſubſtantia diuina: ob quam diuinæ naturæ, eſſentiæ, ſeu ſubſtantiæ identitatem, atq; vnitatem, [a] omnia in Deo ſunt idem, vbi non eſt relatiua oppoſitio.

a Côc. Tol. 11 Conc. Floren. ſeſſ 25.

Quemadmodum ex Patribus colligitur, apud quos legimus, diuinas perſonas relatiuis proprietatibus inter ſe tantum eſſe diſtinctas.

S. Cyril. Alexan. l 3. Theſ. c. 1 & l. 11. in Io. cap. 2. S. Baſil. l. 1; cô. Eunom. c. 6 Boet. l 1. de Trin. c. 12. S. Damaſc. l 1. ort fid c 2 & 10. S. Bern. l. 5. de côſid. c. 8.

Modo igitur dicto, ſi diligere, vel amare

R ſuma-

S.Tho.p. p.q. 37.a.2. Bellar.li.2.de Chriſto c.26. a Prou. 16. Apocal.cap.1. S.Dionyſ.c 5. de diu.nom. Naz. orat.45. de diuinit. S.Hier.in c.3. ad Epheſ. s.Aug.de nat. boni con. Manichæ.& tractat.2 in Io. b Aug.l.7.de Trin. c.5. S.Tho. p. p.q. 37.a.2.

ſumatur, Pater, & Filius ſe Spiritu ſancto diligere non dicuntur, ſed eorum eſſentia, quatenus eſt dilectio, vel diligendi actus, quo [a] vnus Deus, ac trinus diligit ſe, & quæcunq; alia a ſe, propter ſe ipſum, & ſui gratia.

Dicendum ſecundò. Pater, & Filius diligunt ſe Spiritu ſancto, quatenus Spiritus ſanctus eſt amor ab vtroque procedens.

Probatur, quia ab alio procedens[b], poteſt principium, a quo procedit per modum formæ, licet non ſit forma, denominare: vt arbor dicitur florere floribus, qui ab ipſa procedunt.

Ergo multò magis poſſunt Pater, & Filius denominari diligentes ſe Spiritu ſancto, qui eſt amor ab vtroque procedens, & in vtroque manens in vnitate naturæ, eſſentiæ, atq; ſubſtantiæ.

s Aug li.4.de Trin.c.21.

OBIICIES.

Etiam Filius vti Verbum a Patre per intellectum procedens, poſſet denominare Patrem intelligentem; quod tamen negat S. Thomas [c]; nec eſt receptus modus loquendi in ſcholis, vt Pater dicatur Verbo intelligere, etſi intelligendo producat Verbum.

c p.p.q.37.a.2.ad 1.

Ergo neque etiam Pater, & Filius poſſunt

dici

dici diligere ſe Spiritu ſancto, vt amore ab ipſis procedente.

Reſpondeo; Patrem non denominari intelligentem Verbo; quia intelligere ſine vllo addito, non ſolet accipi notionaliter, ſed eſſentialiter, & abſolutè tantum.

S. Tho. p. p. q. 14. a. 1. & 4. & q. 34. a. 1.

At verò diligere, etiam ſine addito, vtroque modo accipitur, & notionaliter, & eſſentialiter.

S. Aug li 15. de Tri c. 7. 17 18 & 19. S. Tho. p. p. q. 37. a. 1.

Quare poteſt Pater Verbo denominari dicens, cum ipſum dicere connotet relatioñe, notionaliterq; accipiatur, vt loquũtur Theologi.

S. Tho. p. p. q. 34. a. 1.

Non poteſt tamen Pater denominari intelligens Verbo; quia intelligere abſolutè ſumitur, & eſt commune toti Trinitati, ſicut intellectus, & eſſentia diuina, quæ in Deo ſunt idem.

Maior igitur ratio eſt, cur Pater, & Filius diligere[a] ſe Spiritu ſancto dicantur;

Non autem Pater abſolutè Verbo intelligere denominetur.

S. Hier. in interpret. lib. 1. Didymi de Spiritu ſanct. S. Aug. li. 7. de Trin. c. 2. & 4. S. Tho. p. p. q. 14. ar. 4 q. 18. a. 3. & 4 q 34. ar. 2. Bellar li. 2. de Chriſto c. 26. a S. Bern. de dignit. amor. diuin. cap 7. S. Tho p. p. q. 37. a. 2. ad 1.

QVAERITVR SEPTIMO.

Vtrum donum ſit proprium nomen Spiritus Sancti.

S. Tho. p. p. q. 38. a. 2.

VT Quæſito reſpondeatur; Animaduertendum eſt, nomine doni intelligi illud, quod ita datur, vt gratis, & ex amore, ſeu beneuolentia detur: ideo enim ſolet donari aliquid alicui; quia donans diligit eum, cui donat.

Quare prima radix, & origo cur aliquid donetur, eſt amor, a quo omnis gratuita largitio eſt, ſeu proficiſcitur; & ſignum amoris eſt donum.

Ex quo etiam maioris, aut minoris amoris differẽtia cognoſcitur, vt ex veritatis magiſtro Chriſto Domino in Euangelio [a] colligitur, qui ait, eum magis diligi, cui plus donatur.

a Lucæ 7.

Amor igitur erit primum donum: quia eſt ratio, cur cætera donentur.

S. Tho. p. p. q. 38. a. 2.

Cum ergo [b] Spiritus ſanctus a Patre, & Filio conſubſtantialis vtrique per modum voluntatis vt amor procedat: Non eſt incongruum, ſicut nomen amoris accipitur, non ſolum abſolutè, ſed etiam perſonaliter pro per-

b Cōc. Later. ſub Innoc. III. Cōc. Lugdun. ſub Greg. X. Conc. Floren. ſub Eug. IV. Conc. Tol. 1. 4. 6. 8. & 11.

perſona Spiritus ſancti; ita nomen doni accipiatur pro Spiritu ſancto, qui eſt amor, qui habet rationem primi doni.

Dicendum ergo eſt,[a]Donum poſſe accipi pro nomine proprio Spiritus ſancti.

Probatur. Quod datur gratis ita, vt ſit donantis antequam donetur; & poſtquam donatum eſt, vt ſit etiam eius, cui donatur, & poſſit eo liberè vti, vel frui; propriè poteſt dici donum.

Sed Spiritus ſanctus eſt per originem Patris, & Filij amor, a quibus tanquam ab vno principio procedit; & ita datur nobis a Patre, & Filio, vt ſit[b] etiam noſter poſtquam eum recepimus; ſicq; amore ei inhæremus; vt eo fruamur, vel per inhabitantem in nobis gratiam, & charitatem, vel per cætera dona Spiritus ſancti, habitantis in nobis.

[c]Ergo poteſt nomen doni accipi pro perſona Spiritus ſancti: & quando nomen doni ſine vllo addito de aliqua diuina perſona pronunciatur, quo addito intelligatur nobis donari alia perſona, vt cum[d] dicitur Filius datus eſt nobis;

Nomẽ doni accipitur pro Spiritu sãcto, qui eſt amor; qui, quando in tempore nobis donatur, vt eo frui poſſimus per gratiam, & alia dona, dicitur etiam eſſe donum noſtrum: non quia ſit a nobis; ſed quia ille à Patre, & Filio,

s.Cyp. ſer. de aduent. Spiritus ſancti s.Athan. in ſymb. & ep. ad Serapionem. s.Baſil. li. 2. 3. & 5. cor. Eunom. & li. de Spiritu ſanct. c. 17. S.Aug li 4. de Trin. c. 20. & li. 15. c. 17. & ſeqq. Magiſt. in 1. diſt. 10. & 26. s.Thom. p.p. q. 27. a. 3. 4. & 5. q. 37. a. 1. & 2. & q. 38. a. 2.

a s.Chryſ hõ. de Spiritu S. s.Aug. li. de fide, & ſymb. c. 9. li. 5. de Trin. c. 11. l. 7. c. 6. & l. 15. c. 17. & ſeqq. Magiſt. in 1. diſt. 17. & 18. S.Tho. p.p. q. 38. a. 1. & 2.

b Io. 14 & 16 ad Rom. 5. 1. Cor. 6. 1. Ioan. 4. s.Amb. l. 1. de Spiritu s. c. 4. s. Aug. l. 15 de Trin. c. 19. & 26. s.Chryſ. i c 5. ad Rom. s.Cyrill. in c. 16. Ioan. s.Tho. p. p. q. 38. a. 1. & 2. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 12. Magiſt. in 1. diſt. 18.

c Aug.li.4.de Trin.c.20. & l.15.c.29. Magiſt. in 1. diſt.17. d Iſa.c.9. s.Aug.li.5.de Trin.c.14. e Cóc. Later. ſub Innoc.III Cóc.Lugdun. ſub Greg.X. Conc.Floren. ſub Eug.IV. Magiſt. in 1. diſt 18. s.Aug.li 5.de Trin. c.15.& 16. Magiſt.in 1.diſt.18.

Filio, a quibus[c] tanquam ab vno principio procedit, nobis donatus eſt. Non ita tamen, vt Spiritus ſanctus non ſeipſum nobis donet: cum ipſe etiam producat in nobis iuſtificantem gratiam, & charitatem, per quam nobis donatur, & qua eodem Spiritu ſancto, ei amore inhærentes, fruimur.

s.Tho.p.p.q.38 a.1.ad 4.

Ne autem ſubrepat error; Aduertendum eſt, Spiritum ſanctum ab æterno dici donum; quia a Patre, & Filio vti amor procedit, qui eſt primum donum; Cum amor ſit prima radix, & fundamentum eorum omnium, quæ gratis, ac beneuolentia, ſeu amore donantur; etiam ſi ab æterno datus non ſit nobis, ſed aptus fuerit donari, & in ſe habuerit totum id, quo eſt radix, & fundamentum omnis doni.

Conc. Tol. 1. 4.6.8.& 11.

f Ioan.14.

Eſt enim, fuit, & erit ſemper amor, Patri, ac Filio conſubſtantialis procedens; qui cum nobis per inhabitantem, gratiam & charitatem donatur, tota ſimul Trinitas in nobis habitans donatur, de qua legitur[f]. Ad eum veniemus, & manſionem apud eũ faciemus.

Quæ in nobis inhabitatio, ac manſio, licet toti Trinitati conueniat, omnesq; effectus, qui ab ea proueniunt, ſint omnibus, ac ſingulis perſonis conuenientes; per quandam tamen appropriationẽ, vti loquuntur Theologi, Spiritui Sancto attribuuntur: Quorum ali-

aliquot, ad diuini Verbi humanam natiuitatem cum fructu dignè celebrandam ſe præparans VRBANVS VIII. (quem conſilia pacis ſemper cogitantem, atque molientem cæleſtis, ac pacifici Regis in terris gerentem vices, ſponſa Chriſti Eccleſia vtinam pacis authorem, largitoremq; cognoſcens, obſeruet, ac colat diu) eleganti carmine ſpiritu Dei plenus, ad comprimendos rebelles ſenſuum motus, Spiritus ſancti dono opus eſſe, præclarè ſic cecinit.

VRBANVS VIII oda, quę īcipit. Liberè vagans.

Cordis impÿ procellis nulla par eſt inquies:
Senſuum motus rebelles vna virtus comprimit,
Si potenter flans ab alto Sanctus adſit Spiritus.
Flamen almum, te beatam largiente gratiam,
Pura mens dono quietis læta ſemper exſilit,
Siue pontus intumeſcat, ſiue flamma ferueat,
Siue nimbus, atque grando, ſiue bellum ſæuiat,
Nubis expers hora veris vt ſerenat æthera!
Mane ſurgens ſol ab ortu luce fulget aurea.
Vda roris herba guttis prata rident floribus:
Dulcè concinunt volucres frondium ſub tegmine,
Abſque motu conquieſcit vnda Ponti cærula.
Summa nautis patet æquor vitreum pellacia,
Ambiat diffuſa cælum quantauis ſerenitas
Vna cordis innocentis maior eſt tranquillitas.

Quibus in verſibus, ſymbolis, tropis, atque ſimilitudinibus expreſſa myſteria contemplari qui voluerit, cæleſti poterit diu mentem reficere pabulo.

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM.

DE NOTIONIBVS diuinarum perſonarum.

Sext. Synod. gñal act. 13. Conc. Later. ſub Innoc. III cap. firm. Conc. Tol. 4. 6. & 11. Conc. 4. Arel. ſub Leon. III. Conc. Vvormat. ſub Hadriano II. Oſi. Cordub. l. 2. Nic. ſynod de fid. s. Trin. s. Hier. ep. 57. ad Damaſum quoniam vetuſto. S. Leo ſerm. 1. 2. & 3. de Pent. s Bern. li. 5. de conſid. c. 8. Magiſt in 1. diſt. 2. S. Tho. p. p. q. 30 a. 2. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 26. a s. Tho. p. p. q. 32 a 3. in corp.

PERSONAE diuinæ eſſentia, natura, ſeu ſubſtãtia maximè vnũ, & idem; & per conſequens coæternæ, coæquales ſibi, & conſubſtantiales, cum relationibus, ſubſiſtentijs, ac hypoſtaſibus diſtinguantur; neceſſe eſt habeant id, quod eſt propria ratio, qua ab inuicem diſtinguuntur, & vt diſtinctæ cognoſcuntur, ac manifeſtantur, quam notionem dicunt; quæ eſt [a] propria ratio cognoſcendi diuinam perſonam: De qua,

QVAERITVR.

Quotuplex in diuinis ſit notio.

RESPONDEO, dicendum. Diuinarum Perſonarum Notiones ſunt quinque, Innaſcibilitas, Paternitas, Filiatio, actiua Spiratio, & Proceſſio.

Probatur Concluſio diſcurrendo per ſingula

gula. Nam primo, nomine Innaſcibilitatis intelligimus id, quo Pater dicitur ingenitus, ſeu innaſcibilis; quod in ſcholis cum accipiatur pro eo, quo manifeſtatur, & innoteſcit Pater, vti principiũ nõ de principio, quod ſoli Patri conuenit: Innaſcibilitas erit propria ratio manifeſtatiua Patris, quatenus diſtinguitur a Filio, & Spiritu ſancto.

S. Aug. l. 15 de Trin. c. 26. S. Ath. ep. con. hæret. in expoſit. fid. S. Damaſc. l. 1 ort. fid. c. 2. & 10. S. Tho. p. p. q. 32. a. 3.

Solus enim Pater eſt principium non de principio; cum ab eo procedat Filius, & Spiritus ſanctus, & ipſe a nulla alia perſona procedat.

Quare Innaſcibilitas erit propria notio Patris; Ex qua facile poterit intelligi, quomodo Pater dicatur eſſe principium totius diuinitatis: quia ita eſt principium non de principio, vt nulla ſit in Trinitate perſona ab alia procedens, quæ non ab ipſo Patre procedat, & cui non ſit ab eodem Patre communicata diuinitas; quæ nec generat[a], nec generatur, neque ſpirat, neque procedit; ſed per generationem a Patre communicatur Filio; & per ſpirationem, quæ eſt proceſſio, a Patre, & Filio Spiritui ſancto communicatur.

Conc. Floren. in defini. Conc. 6. & 11 Tolet in profeſſ. fid. Conc. Vvormat. ſub Hadriano II. S. Dionyſ. c. 2. de diu. nom. S. Aug. lib. 4. de Trin. c. 20. S. Bern. ſer. 4. in vig. Natal. Dom. S. Tho. p. p. q. 39. ar. 5. ad 6. & a. 8. a Cóc. Later. ſub Innoc. III

Paternitatem autem, quæ eſt relatio genitoris ad genitum, eſſe rationem propriam cognoſcendi perſonam Patris, nemo ambigere poteſt, qui, a Patre Filium per veram generationem procedere, concedat.

S. Aug. li. 7. de Trin. c. 1. Magiſt. in 1. diſt. 5. S. Tho. p. p. q. 39. a. 5. Bellar. li. 2 de Chriſto ca. 7. & 8.

Ex hoc etiam euidenter deducitur, filiationem, quæ eſt relatio naſcentis Filij, ac geniti Verbi ad generantem, atque dicentem Patrem, eſſe veram, & propriam Filij notionem, qua genitus, ac natus, vti Filius denominatur, atque manifeſtatur. Nihil eſt enim in Filio, quod illius ſit magis proprium, ac manifeſtatiuum, & a Patre, a quo procedit, diſtinctiuum.

s. Tho. p. p. q. 32. a 3.

Spiratio autem eſt propria ratio cognoſcendi Patrem, & Filium, qua ratione ſunt vnum principium producendi Spiritum ſanctum: & conſequenter erit notio pertinens ad duas perſonas, Patrem nempe, & Filium.

a Io. 8. & 15.
b Côc. Tol. 11
c Aug Tract. 31. in Ioan. Bed. in li. Boetij de Trin. & in cap. 7. & 8. Ioan. Magiſt. in 1. diſt. 13. s. Tho. p. p. q. 27. art. 1 & 2. q. 28. a. 4. & q. 37. a. 1.
d Conc. Flor. ſeſſ. 25. Naz. orat. 23. S. Damaſc. l. 1 orth. fid. c. 11. & li 3. c 5. s. Tho. p. p. q. 28. art. 4. & q. 32. a. 3.

Ex Scripturis[a] denique Concilijs[b], & Patribus[c] proceſſionis nomen, quamuis ſit cômune & generationi, qua Filius a Patre procedit, & paſſiuæ ſpirationi, qua Spiritus ſanctus ab vtroque procedit; accipi tamen pro relatione, qua ſolus Spiritus ſanctus à Patre, Filioq; procedens, eſt vtriq; relatiuè oppoſitus; orthodoxæ fidei[d] profeſſores aſſerût oês.

Non eſt ergo dubitandum, quin etiam proceſſio ſit Spiritus ſancti cognoſcêdi propria ratio, ſeu notio.

OBIICIES I.

Notio eſt propria ratio cognoſcendi diuinam perſonam.

Sed

Sed potentia, cùm ſit manifeſtatiua Patris, eſt propria ratio cognoſcendi Patrem.

Ergo eſt Patris propria notio.

Sapientia item eſt manifeſtatiua Filij; & Bonitas Spiritus ſancti. Apoſt. 1. ad Cor.cap.1.

Et per conſequens aliæ duæ rationes propriæ cognoſcendi diuinas perſonas: atque ita vltra prædictum numerum erunt multiplicandæ notiones.

Reſpondetur. Potentia non eſt propria ratio Patris; quia conuenit toti Trinitati; nec minus poteſt de Patre, quàm de Filio, ac Spiritu ſancto prædicari. Magiſt. in 1. diſt. 35.

Sicut ſapientia, & Bonitas non de ſola perſona Filij, aut Spiritus ſancti prædicantur; ſed de tota Trinitate, ſingulisq; perſonis æquè propriè, ac verè dicuntur, & prædicantur. S Aug. li 7. de Trin.c. 2. & 3.

Quod ſi, quæ ad potentiam ſpectant, ſumantur, vt manifeſtatiua Patris, qui eſt principium non de principio. S. Aug. li 7. de Trin. c. 3. Magiſt in 1. diſt. 10. & 35. S. Tho. p. p. q. 32. a. 1. ad 1. q. 39. ar. 7. & 8.

Quæ ad intellectum, & ſapientiam, vt manifeſtatiua Filij, qui a Patre per intellectum vti verbum procedit.

Et quæ ad voluntatem, & bonitatem, vt Spiritus ſancti manifeſtatiua, qui a Patre, & Filio vti amor per voluntatem procedit.

Dicas, hæc appropriata a Theologis appellari, qua ratione ad vnam potius perſo-

S.Tho. p. p. q. 32. ar. 1. ad 1. & q. 39. a. 7.

S. Aug. l. 15. de Trin. c. 14. & ſeqq.

nam, quàm ad aliam manifeſtandam ſumuntur; quamuis ſint prædicata communia, & abſoluta, totiq; Trinitati, atque ſingulis perſonis abſque confuſione indiſtinctè conuenientia.

OBIICIES I.

Conc. Floren. ſeſſ. 25

Conc. Tol. 1.

Nyſſ. ep. adu. Apolinar.

S. Bern. li. 5. de conſid. c. 7. & 8.

S. Tho. p. p. q. 28. a. 2.

IN diuinis perſonis nihil aliud eſt conſiderare, quàm eſſentiam, quæ eſt idem cum omnibus abſolutis prædicatis; & relationes, quibus diuinæ perſonæ conſtituuntur, ac diſtinguuntur.

At eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura diuina, quæ eſt idem cum omnibus abſolutis prædicatis, cum non ſit propria ratio vnius, vel alterius diuinæ perſonæ, qui eam inter notiones numeret, Theologorum nemo eſt.

Ergo, cum tres ſint diuinæ perſonæ, tres erunt tantum relatiuæ proprietates, quibus diuinæ perſonæ conſtituuntur, ac diſtinguuntur.

Igitur & tres tantum notiones erunt, quæ ſunt propriæ rationes cognoſcendi diuinas perſonas.

Reſpondetur. Tres tantum eſſe perſonas diuinas, quæ relationibus conſtituuntur, & diſtinguuntur. Relationes autem quatuor, paternitatem nempe, filiationem, & Spiritus

ſancti ad Patrem, ac Filium relationem, quæ proceſſionis nomine ſignificatur, quæ non minus relationem, quàm a Patre, Filioq; originem ſignificat: cui cum in Patre, ac Filio correſpondeat actiua ſpiratio, quæ eſt vtriuſque ad Spiritum ſanctum relatio, iam erunt quatuor relationes, & per conſequens etiam quatuor notiones, vti ſupra dicebamus. Paternitas autem, quatenus eſt conſtitutiua perſonæ Patris, qui eſt principium non de principio, idq; ad Patris dignitatem pertineat, innaſcibilitatis nomine etiam ſignificata eſt, non ſolum qua ratione eſt genitoris ad genitum relatio, ſed etiam quatenus eſt conſtitutiua Patris, vti dicitur principium non de principio: ſecundum quam rationem explicamus Patri neque per generationem, neque per proceſſionem, nec alio modo eſſe communicatam diuinam eſſentiam; cum ipſe per generationem eam communicet Filio, & cum eodem Filio per ſpirationem Spiritui ſancto; quo cognito, intelligimus, quo modo Pater ſit principiũ nõ de principio; quod nomine Patris explicitè non exprimitur.

Erunt ergo quinque notiones, quatuor relationes, tres relatiuæ proprietates, quibus diuinæ perſonæ conſtituuntur, diſtinguuntur, atque ſecundum proprias rationes cognoſcuntur. Damaſc. li. 3. orth. fid. c. 5. S. Tho. p. p q. 32. a. 3.

Ad-

Aduerte autem, hìc proprietates perſonales tres tantum dictas eſſe, quia tres tantum rationes ſunt, quarum quælibet ad vnā tantum perſonam ſpectat. Nam actiua ſpiratio, accepta pro relatione, qua Pater, & Filius ad Spiritum ſanctum referuntur, ad duarum perſonarum proprietatem pertinet: vti[a] ſupra ex S. Thom.[b] diximus.

a c.2.quæſ.3. & c.4.quæſ.2
b p.p.q.32.a.3.q.36.a.2.in corp. & ar.4. ad 1.& q. 40. a.1.ad 1. S.Aug li 7.de Trin. c.6. l.8. & li.15. c.3.

Cum autem in Spiritu ſancto non minor ſit dignitas, quàm in Patre, ac Filio, cum ab vtroque conſubſtantialis procedat: non eſt ei aliqua propria notio tributa, qua cognoſcatur vti diuina perſona, a qua non procedat alia.

Per hoc enim tantum, quod Spiritus ſanctus a Patre, Filioq. conſubſtantialis, coæternus, & coæqualis procedat, intelligimus, quo modo Spiritus ſanctus ſit Deus; & per conſequens, quomodo ſit illi omnis dignitas, atque perfectio a Patre, ac Filio communicata.

Conc.Tole.1.4.6.8. 11.12. & 13. Conc. Later. ſub Innoc.III Conc.Floren. ſub Eug IV. S.Athan. in ſymb. Chryſ.hom.1 & 2.in ſymb. Apoſt.

Aduertendum autem eſt ex S. Thoma[c], in notionibus etiam multiplicandis, aut minuendis, errorem contingere poſſe, ſi, ex eo, quod plures, aut pauciores ponantur, aliquid contra fidem ſequi, neceſſariò ſit concedendum.

c p.p.qu.32, ar.4.

CAPVT OCTAVVM.

DE MISSIONE Diuinarum Perſonarum.

AD ea intelligenda, quæ de Diuinarum perſonarum Trinitate, in ſumma, perfectiſſimaq; eſſentiæ, ſubſtantiæ, ſeu naturæ vnitate, Deo reuelãte, per ſcripturas, & traditiones, Eccleſiæ innotuerunt; egimus præcedentibus Capitibus de diuinarum perſonarum proceſſionibus, relationibus, atque de ipſis perſonis in vniuerſum, ac ſingulis.

Nunc, quemadmodum in diuinis perſonis eſt conſiderare [a] generationem [b], proceſſionem, exitum [c], & donationem [d], vt ex ſcripturis conſtat: ita etiam quærendum eſt, an, & quo modo vna perſona mittat aliam.

Quod vt explicetur,

QVÆ-

Matth. 28. Io. 14. & 15. Act. 2. 1. Io. 5. Symb. Apoſt. Conc. Nicę. 1. Conc. Epheſi: p. p c. 26. & in ſymb. Conc. Tol. 1. 4. 6. 8. & 11. Conc. Vvormati. ſub Hadriano II. Conc. Arelat. ſub Leon III. Conc. Later. ſub Innoc. III S. Athan. in ſymb. Naziã. or. 13. 23. 25 & 51. Nyſſ. ep. adu. Apolinar. & li. de s. Trinit. S. Hier. ep. 57. ad Damaſum quoniam vetuſto s. Aug li. 7. de Tri. c. 6 Hymnus ss. Ambr. & Auguſt. s Leo ſer. 1. 2. & 3. de Pent. & Tract. con. Eutychet. &c. S. Bern. ſer. 3. in vig. Natal. Dom & li 5. de conſid. c. 7 & 8.

S. Th. p. p. q 30 a. 1. 2. & 3. q. 42. ar. 4 a Iſa. 53. Pſ. 2. & 109. b Io. 8. & 15. c Mat. 2. Io. 13. 16. & 17. d Iſa. 9. Io. 4. Act. 2. & 8.

QVÆRITVR PRIMO.

Vtrum vna Diuina Perſona dici poſſit mittere aliam, vel ab alia mitti.

AD ſoluendam, quæ in quæſito ponitur difficultas;

S.Tho. p.p.q. 43.a. 1.

Animaduertendum eſt, in omni miſſione cōſiderari poſſe eum, qui mittit, illum, qui mittitur, & terminum illum, ad quem fit miſſio.

Exempli cauſa, mittitur ab vno Rege legatus ad alium Regem: In hac miſſione conſiderari poteſt Rex mittens, legatus miſſus, & locus, vel perſona, ad quam mittitur.

Ex parte mittentis Regis requiritur, vt ſit principium, vel cauſa legati, qui mittitur. Rex autem per modum, aut imperij, aut cōſilij poteſt eſſe cauſa, cur ſumat ille legationem: imperando enim, ſeu iubendo; & conſulendo, ſeu adducendo rationes, quibus legatus mouetur ad ſuſcipiendam legationem, illum mittere dicitur.

Reſpectu autem illius, qui mittitur, requiritur, vt ille, qui mittitur, ab alio vel procedat, vel moueatur, vt eat eò, vel ſit ibi, vbi antea non erat, ſaltem eodem modo; vt in

exem-

exemplo allato videre licet: in quo legatus, qui mittitur, quatenus legationem ſumit, eſt a mittente Rege per imperium, aut conſiliũ, quo conſilio, & imperio auctoritatem,& poteſtatem ſuſcipit ea negotia tractandi, ob quæ ab ipſo mittente Rege mittitur, & incipit eſſe apud alium Regem, ad quem fit miſſio,per modum habentis auctoritatem agendi, ac perficiendi contractus, vel negotia, ad quæ ineunda, vel,ſi erat abſens, miſſus eſt, & auctoritatem accepit: vel, ſi erat præſens, legationis auctoritate poteſt agere cum principe ea negotia, & perficere, quæ antea nec agere, nec perficere poterat abſq; mandato.

Ex parte autem illius, ad quem fit miſſio, requiritur, vt habeat apud ſe miſſum, quem antea non habebat, ſaltem cum eadem auctoritate, vt in propoſito exemplo manifeſtum eſt. His ita explicatis.

Reſpondetur, dicendum. Vna perſona dici poteſt mitti ab alia.

Probatur. Nam,mitti vnam perſonam ab alia,nihil eſt aliud, quàm vnam perſonam ab alia procedere, & incipere eſſe alicubi, vel in alia re eo modo, quo antea non erat.

Sed Filius per æternam[a] generationem dicitur a Patre procedere, & in Homine[b] aſſumpto per vnionem hypoſtaticam corporaliter inhabitare, & viſibiliter mundo apparuiſſe

T

s. Aug li.4.de Trin. c.20. Magiſt. in 1. diſt 14.& 15. S.Tho. p.p. q. 43. a.1.
a Matth.3.& 17.Luc.3. Io. 1.5.7.& 8. 2. Petr.1. Conc. Nic.1. s. Athan. in ſymb. s. Aug.li.4.de Trin. c.20. & li.5.c.5. & 6. & Tract.1. & 31. in Io. l.2. con.Maxi.c.4 Beda in c. 7. Ioan.
b Iſa.9. Matt. 1. Luc.2.& 3. Ioan. 15. & ad Rom.8. ad Galat. 4.

Symb. Apoſt. Conc. Epheſi. p.p.c.2.& 26. S Ambr. li.2. in c.2. Luc. S.Leo ſer.1.& ſeqq.de Nati. Dom.s.Greg. hô.8.in Euãg. Petr.Chryſol. ſer. 142. 143. 144.de Annũciat. S. Mariæ Virg.& ſerm. 145.&146 de generat. Chriſti,&147.148 & 149. de Natiu. Chriſti. s.Maxim.hô.1 2.3 4. 5. & 6. in natal. Dñi.
a Luc. 2. 1.Ioan.1.
b Gen.12.17 18.22.28.& 49.Iſa.42. Pſ. 131. Luc.1.
c Ioan.8.
d Prophe.Pſ. 70.84.97.130. Iſa.7.9.11.& 45.
e Cõc.Tol.4. 6, & 11. Conc. Later. ſub Innoc.III cap. firm. & cap.damn. Conc.Floren. ſub Eug.IV. Chryſ.hom.1 & 2.in expoſ. ſymb. Apoſt. s.Aug. li.3.de Trin.c. 4. S.Leo ſerm.1.2.& 3.de Pentec.Magiſt.in 1.diſt.16.& 17. S.Th.p.p.q.43.a.3.

ruiſſe in tempore; atque cum Hominibus conuerſatus eſſe, vt teſtantur[a] ij, quorum manus de verbo vitæ contrectauerunt; quod in Lege[b] Moyſes prædixerat, expectarunt Patriarchæ[c], ac Prophetæ[d] etiam venturum eſſe annunciarunt.

Et[e] Spiritus ſanctus verè dicitur procedere a Patre, & Filio, & ad eos, qui iuſtificantur mitti, & per iuſtificantem gratiam cum Patre, & Filio habitare in illis.

Ergo vna perſona dici poteſt mitti ab alia, cum ab alia procedat, & de nouo incipiat eſſe ibi, vbi non erat, vel in ijs rebus, in quibus non erat, eo ſaltem modo, quo ſine ſui mutatione in illis eſſe cœpit.

Nam omnibus, & ſingulis perſonis diuinis, cũ cõueniat per[f]eſſentiam exiſtere, neceſſariò etiam conuenit eſſe ſemper, vbique, & in omnibus rebus per eſſentiam, potentiam, & præſentiam; vti cap. 6. Tractatus primi ex Scripturis, & Patribus probauimus.

Neque ob id perſona, quæ mittitur, etſi diuerſimodè incipiat eſſe vbi, vel in ijs rebus, in quibus antea non erat, dicitur mutari. Ad hoc enim, vt nouo modo dicatur Deus inhabitare in creaturis, ſat eſt mutationem fieri

f Exod. 3.Sapien.13. Hierem.23.Iſ.6.& 66.Sap.20.Pſ.138. S Hilar.l.1.de Trin. S. Ambr.li.7. de Spiritu s. c.7. s.Hier.in Iſa.c.66.S. Aug.l.1.confeſſ.c.3. de fide ad Petrum cap.3. Tract.3.in Io.c.18. S.Greg.hô.17.in Ezech.& hom.28.in Euang.S.Bern.l.5. de conſid.c.6 Chryſ.hom.1.de incomprehenſibili Dei natura.

ri ex parte creaturæ, ad quam viſibilis, vel inuiſibilis ſit miſſio.

Ex dictis ergo iam conſtat, vnam perſonam ab alia mitti poſſe viſibili, vel etiam inuiſibili miſſione, quæ eſt per iuſtificantem gratiam, etiam abſque exteriori ſigno.

s. Tho. p. p. q. 43. a. 2. ad 2.

Sap 9. Ioan. 8. ad Galat. 4. S. Tho. p. p. q. 43. ar. 1. 2. 3. 5. 6. & 7.

QVAERITVR SECVNDO.

An diuinis perſonis conuenire poſſit mitti per modum conſilij, aut imperij.

CVM certum ſit tam Filium, quàm Spiritum ſanctum eſſe vnius eſſentiæ, potentiæ, atque ſcientiæ; nec vlla ratione in diuinis perſonis vna poſſit dici minor alia, aut maior, ſuperior, aut inferior; non poteſt vna perſona mitti ab alia per modum, aut imperij, aut conſilij.

Qui enim per modum imperij mittitur, ſubiectus, ac ſubditus eſt illi, a quo mittitur, & minor eo; cum eius imperio ſubdatur. ſicut & qui conſilio mittitur, ſcientia eſt minor illo, a quo per conſilium mittitur; qui enim conſilium dat, quodammodo docet, oſtendendo, vel manifeſtando rationes, ob quas, qui conſilio mittitur, eligit, vt ſit ibi,

Quint. ſynod. gñal. collat. 8 can. 1. Conc. Later. ſub Martin. I. cóſult. 5 can. 1 Conc. Tol. 1. 4. 6. & 11. Conc. Vvormat. ſub Hadriano II. Cóc. Lugdun. ſub Greg. X. Conc. Later. ſub Innoc. III c. fir. & c. dã. Conc. Floren. ſub Eug. IIII. Oſi. Cordub. l. 2. Nic. ſynod de s. Trin. s. Athan. in ſymb. s. Hier. ep. 57. ad Damaſum. Chryſ. hõ. de Spiritu s. or. 2. de Trinit. t. 5. hom. 1. & 2. ſ expoſit. ſymb. Apoſt.

S. Damaſc. l. 1. ort. fid. c. 10. Beda hom. 15 in Ioan. S. Leo ſer. 1. 2. & 3. de Pent. & Tract. adu. errores Eutychet. S. Baſil. l. 2. cõ. Eunom. S. Aug. li. 6. de Trin. c. 1. 2. & 3. & li. 7. c 3. Magiſt. in 1. diſt. 6. S. Tho. p. p. q. 27. a. 2.

vel eat eò, quò mittitur. Quod diuinis perſonis repugnat, in quibus cum ſit vna, eademq; ſcientia, quæ eſt rerum omnium perfectiſſima, & comprehenſiua cognitio: non indiget vna perſona ab alia inſtrui ita, vt diſcat, quod antea neſciret, vel quod per eſſentiam, atque ſubſtantiam ſuam ei intelligere non conueniret.

OBIICIES I.

QVi auctoritate eſt maior, poteſt per imperium mittere.

Sed Pater auctoritate donantis, & communicantis tam Filio, quàm Spiritu ſancto eſt maior.

Ergo per modum imperij poteſt, & Filium, & Spiritum ſanctum mittere.

Conc. Bracar. ſub Io. 3. c. 1. Conc. Tol. 6. 8. 11. 12. & 13. Conc. Later. ſub Martin. I. cõſul. 5. can. 1 Conc. Later. ſub Innoc. III. Conc. Floren. ſub Eug. IV.

Reſpondetur. Qui auctoritate donantis dicitur maior, quia donat, & communicat eandem numero, & indiuiſam naturam, ſubſtantiam, ſeu eſſentiam, atque potentiam, intellectum, ac voluntatem, quæ omnia in exiſtenti per eſſentiam ſunt idem; eſt maior ita, vt ſit ſuperior, & imperare poſſit habenti eandem numero naturam, ſubſtantiam, eſſentiam, atque potentiam, intellectum, ac voluntatem, negatur. Nam, qui habet ab alio eandem numero naturam, ſubſtantiam, eſ-

Oſi. Cordub. l. a Nicæn. ſynod. S. Athan. in ſymb. S. Baſil. l. 2. cõ. Eunom.

ſentiam, atq; potentiam, intellectum, ac voluntatem abſq; vlla dependentia, eſt eodem modo potens, idem ſciens, ac volens, ſicut ille, qui communicat: & per conſequens non indiget, vt conſilio, aut imperio mittatur, cum ſit eiuſdem ſcientiæ, voluntatis, potentiæ, atque auctoritatis, comparatus ad id, ad quod ſit miſſio, vel ad effectum, qui de nouo incipit eſſe in eo, cui ſit viſibilis, aut inuiſibilis miſſio: in ijs enim, in quibus eſt eadẽ potentia, ſubſtantia, eſſentia, atq; natura communicantis, & eius, cui communicatur, vnus non eſt maior altero potentia, auctoritate, atque ſcientia.

Nyſſ. de Trin. t. 1. s. Hier. in interpret. l. 1. Didym. de Spiritu s. S. Aug. li. 4. de Trin. c. 19. & 20. li. 7. c. 6. & l. 15. c. 3. Bed. in c. 2. ad Philip. & in cap. 5. Ioan. Damaſc. li. 1. ort. fid. c. 8. 9. 10. & 11.

Quare, licet auctoritate donantis Pater interdum dicatur maior Filio; non tamen eſt, aut dicitur minor Filius, cui idem eſſe, intelligere, poſſe, ac velle communicatur.

Et eodem modo Spiritus ſanctus non eſt minor Patre, aut Filio, qui ab vtroque eandem eſſentiam, naturam, atque ſubſtantiam accipit.

Nam perſona donans non dicitur maior, quia aliquam habeat perfectionem, quæ non ſit in perſona, cui donatur: Filius enim, verbi gratia, quamuis per generationem accipiat eſſe ab æterno Patre, nec ſit genitor, ſed genitus: cum tamen Pater ei communicet eandem eſſentiam, quæ eſt idem cum Patre,

s. Hilar. l. 9. de Trin. & i l. de ſynod. S. Aug l. 3. cõ. Maxim. c. 18. s. Tho. p. p. q. 42. a. 4. Conc. Later. ſub Innoc. III Conc. Florẽn. ſub Eug. IV. Naziã. or. 37. S. Leo ſer. 1. 2. & 3. de Pent. Nyſſ l. de Trinit. t. 1. s. Tho. p. p. q. 39 a. 5. ad 2. Naz. orat. 23. S. Tho. p. p. q. 27. a 2. & qu. 41. ar. 3.

ac Filio: non eſt maior perfectio in Patre generare, quàm in Filio genitum eſſe.

Sicut nec minor eſt dignitas in Spiritu ſancto a Patre, Filioq; procedere: cum ab vtroque illi communicetur eadem diuina eſſentia, omnem in ſe includẽs perfectionem, defectum omnem, imperfectionemq; excludens; & quæ paternitati, filiationi, atque proceſſioni eſt idem.

Conc. Later. ſub Innoc III. Conc. Floren. ſeſſ. 25. Naz. orat. 37. S Tho. p.p.q. 28. art. 2. & q. 40. 2. 1.

OBIICIES II.

CVi non repugnat ab alio diſcere, non repugnat etiam mitti per modum cõſilij.

Io. 7. & 8. Sed Filius diſcit a Patre.

Ergo Filius poteſt a Patre mitti per modum conſilij.

Si reſpondeamus, dicentes, Filium a Patre diſcere; quia ratione humanitatis aſſumptæ reuelata ſunt Filio, quæ neſciebat vti homo, cuius eſſentia non eſt intelligere; ſed qui intelligit per ſcientiam, & cognitionem participatam, & ſibi infuſam, vel acquiſitam, nullum iam negotium faceſſit argumentum. Sic enim Filio ratione humanitatis aſſumptæ mitti poſſe per modum conſilij, aut imperij, non repugnat. Nam & ſcientiam participatam a Patre accipere poteſt, & mandatum

Filius

Filius enim de ſe loquens[a], dixit: Sicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio.

a Ioā. 10.12. & 14.

Sed reſponderi etiam poteſt, Filium diſcere a Patre; quia Pater communicauit Filio eandem doctrinam, ſcientiam, atque ſapientiam, qua ipſe Pater eſt ſapiens, atque intelligens, quæ eſt eius eſſentia, ſeu ſubſtantia; qua Filio communicata, ſimul eſt illi communicata omnis perfectio, quæ eſt in Patre: in quo cum omnes ſcientiæ, atque ſapientiæ theſauri reperiantur, ijdem in Filio, ac Spiritu ſancto reperiuntur; quorum eſſentia cum ſit intelligere, non indigent ab alio, aut doceri, aut inſtrui, ad diſcendum ea, quorum in ipſis ſit ignorantia: cum eorum eſſentia, ſicut & Patris, ſit ſcire, atque intelligere, & quicquid ita perfectionem dicit, vt in ſuo conceptu nullam includat imperfectionem.

S.Baſil. l.2.cō. Eunom. S.Aug. Tract. 40. in c.8. Io. Beda in ca. 8. Ioan.

S.Hier. in interpret. l. 1. Didym. de Spiritu ſanct. S.Aug. li.7. de Trin. c.2. & 3. Magiſt. in 1. diſt. 34. S.Tho. p. p. q. 18. ar. 2. & 4. Bellar. li. 1. de Chriſto c.6. & l.2. c.26.

QVAERITVR TERTIO.

Quibus perſonis conueniat inuiſibiliter mitti.

QVAESITO Reſpondetur, dicendum primò. Patri non conuenit inuiſibiliter mitti.

S. Aug. li. 2. de de Trin. c. 5. S.Tho. p. p q. 43. 2. 4. & 5.

Probatur. Nam illa perſona dicitur mitti inuiſibiliter, quæ ab alia procedens,

dens, incipit per iuſtificantem,& ſanctificantem gratiam eſſe, vel habitare de nouo in eo, in quo antea non erat eo modo, quo abſque ſui mutatione in illo incipit eſſe.

Conc. Tol. 6. & 11. Conc. Floren. in definit. S. Athan. in ſymb. & ep. con. hæret. in expoſit. fid. Naz. orat. 13. 23 & 37. Nyſſ. ep. adu. Apolinar. Damaſc li. 1. orth. fid. c. 2. & 10. s. Aug. li. 2. de Trin. c. 5. & l. 4. c. 20. s. Tho. p. p q. 43. ar. 1. 4. 5. & 8.

Sed perſona Patris non dicitur procedere ab alia perſona, cum ſit principium non de principio, innaſcibilis, atque ingenitus, cui repugnat ab alio procedere.

Ergo neque etiam ab alio, aut a ſe ipſo dici poterit mitti: cum nec ab alio, nec a ſe ipſo procedere poſſit: nam ad propriè dictam miſſionem requiritur, vt perſona, quæ mittitur, procedat ab alia.

Nec obſtat, quod Pater per gratiam, & charitatem nõ minus habitet in iuſtis, quàm Filius, & Spiritus ſanctus, & per eandem gratiam ſe ipſum det, donetq; nobis.

Hoc enim tantum ad veram, propriamq; miſſionem non eſt ſatis: ſed præterea requiritur, vt ille, qui mittitur, ab alio procedat; quod Patri, qui eſt principium non de principio, repugnat.

Sap. 9. S. Aug. lib. 4. de Trin. cap. 20. S. Tho. p. p. q. 43. ar. 5.

Dicendum ſecundò. Filio conuenit inuiſibiliter mitti.

Probatur. Illa perſona dicitur mitti inuiſibiliter, quæ ab alia procedens, per iuſtificantem gratiam dicitur de nouo inhabitare in eo, ad quem fit miſſio, & ab eodem haberi ita, vt fiat ſimilis perſonæ miſſæ.

Sed

Sed Filius per æternam generationem à Patre eſt; & nouo modo per gratiam incipit eſſe in illo, ad quem fit miſſio, qui cum eadem iuſtificante gratia recipit fidem, ac notitiam Dei, per quam diuinæ gratiæ auxilijs cooperando, ad ſui iuſtificationem ſe diſponens, eſt aliquo modo cauſa charitatis, quæ eſt amor: & ita, qui iuſtificatur, fit ſimilis Filio; qui cum ſit verbum Patris, per modum intellectus à Patre procedens, eſt principium Spiritus ſancti, qui eſt amor.

Conc. Nic. 1. S. Athan in ſymb. s. Aug. li. 4. de Trin. c. 20. S. Tho. p. p. q. 36. ar. 3. ad 3. & q. 43. a. 5.

s. Baſil. hom. 1 c. 1. Ioan. s. Cyril. l. 2. de Trin. s. Greg. li. 23. moral. in cap. 33. Iob. Damaſc. li. 1. orth. fid. c. 2. 6. & 8. Conc. Floren. ſub Eug. IV.

Quod ſi dicas, quando habens fidem quis iuſtificatur, eum non de nouo recipere fidem;

Reſponderi poteſt, recipere augmentum fidei, ſeu mouente, atq; excitante Deo, exercere actum fidei, qui naturæ ordine præcedit gratiam, & charitatem, & eſt ad illam diſpoſitio, ſeu præparatio.

Habetur ex collecta Dñicæ 13. poſt Pẽtec. Conc. Triden. ſeſſ. 6. c. 10.

Cum ergo in Filio reperiantur omnes cõditiones, quæ ad propriè dictam inuiſibilem miſſionem requiruntur, dicendus eſt Filius inuiſibiliter mitti.

Dicendum tertiò. Spiritui ſancto propriè conuenit inuiſibiliter mitti.

Probatur. Spiritus ſanctus, cum à Patre, & Filio in vnitatem naturæ, atque ſubſtantiæ procedat, de nouo per iuſtificantem gratiam incipit eſſe in iuſtificato, ad quem fit miſſio, qui per donum charitatis, quæ eſt amor, aſſimi-

Conc. Tol. 11. S. Aug. lib. 3. de Trin. c. 4. Magiſt. in 1. diſt. 17. S. Tho. p. p. q. 43. a. 3. & 7. Cõc. Lugdun. ſub Greg. X. Conc. Vvormat. ſub Hadriano II.

Conc. Later. ſub Innoc.III Conc. Floren. ſub Eug.IV. Chryſ.hom. 1 & 2. in ſymb. Apoſt. s.Tho. p. p. q. 37.a.1. & 2.

ſimilatur Spiritui ſancto, per modum voluntatis vti amor a Patre, & Filio procedenti.

Conuenit igitur Spiritui ſancto inuiſibiliter ad eos, qui iuſtificãtur per gratiam mitti.

Ex dictis colligi poteſt, per viſionem beatam, qua tota Trinitas donatur, dum primo clara viſione beata mens illuſtrata, toti Trinitati amore inhærendo, eſt in ſtatu omnium bonorum aggregatione perfecto, etſi tota Trinitas perfectè habeatur, & poſſideatur; ſolum tamen Filium, ac Spiritum ſanctum dici inuiſibiliter mitti per conſumatam gratiam, per quam in nobis inhabitat tota Trinitas.

S.Tho.p.p. q. 43.ar.6. ad 3.

S.Aug.li.2.de Trin.c.5. S.Tho. p.p.q. 43.art.4.

Nam Pater, quamuis a Beato perfectè habeatur, & teneatur, nunquam támen miſſus propriè legitur: eſto ſit in iuſto, ſeq; illi donet per gratiam non minus, quàm Filius, ac Spiritus ſanctus.

CAPVT

CAPVT NONVM.

QVÆ VOCES VITANDÆ ſint, quibuſue vtendum in hoc ineffabili Sanctiſſimæ Trinitatis myſterio.

AD intelligendum id, quod quærimus, Animaduertendum eſt, quædam prædicata eſſe communia toti Trinitati, quæ & abſoluta dicuntur, vt eſſe per eſſentiam, bonum, ſapientem, &c.

Quædam appropriata, quæ, licet ſint communia omnibus, ac ſingulis diuinis perſonis: magis tamen vſu ſunt manifeſtatiua vnius perſonæ, quàm alius; vt potentia Patris; [a] ſapientia Filij; bonitas Spiritus ſancti.

Quædam eſſe propria, quæ vni tantum perſonæ, vel ad ſummum duabus tribuuntur, vt ſunt relationes, proprietates, & notiones, quæ ſunt rationes propriæ conſtitutiuæ, vel pertinentes ad vnam perſonam potius, quàm ad aliam: & per conſequens manifeſtatiuæ vnius perſonæ, quatenus ab alia diſtinguitur.

His ita diſtinctis,

Conc. Tol. 11. S. Dionyſ. c. 2. de diu. nom. S. Baſil. hom. de fid. & lib. 2 con. Eunom. S. Damaſc. l. 1 orth. fid. c. 2. 8. & 10. s. Aug. li. 1. de Trinit. c. 1. & 2. & l. 5. c. 10. & 11. & li. 7. cap 6. Nyſſ ep. adu. Apolinar. c. 2. S. Leo ſer. 1 2. & 3. de Pent. Magiſt. in 1. diſt. 35 S Tho p. p. q. 30. a. 1. Bellar. li. 2 de Chriſto c. 26. a Apoſt. 1 ad Cor. cap. 1. s. Aug li 7. de Trin. c. 3. Magiſt. in 1. diſt. 16 S. Tho. p. p. q. 32. ar. 1. ad 1. & q. 38. a. 7. & 8.

Dico primò. Cauendum eſſe ab omni voce, qua diuinæ perſonæ abſolutis, ac communibus prædicatis ſignificentur eſſe diſtinctæ.

Quare, nec [a], aliud, a Patre Filius, nec vice verſa Filius, aliud, a Patre, nec, aliud, a Patre, & Filio Spiritus ſanctus dici poteſt, cum aliud, generis neutri, non ſolum ſuppoſiti, ſed etiam naturæ, aut eſſentiæ diſtinctionem importet.

Poteſt tamen dici Pater [b], alius, a Filio, & Spiritu ſancto, & vice verſa.

Alius enim generis maſculini, non naturæ, ſeu eſſentiæ, ſed ſuppoſiti diſtinctionem ſignificat.

Verum vna perſona non poteſt dici [c] aliena, ſeu ab alia diuerſa: alienum enim, ſiue diuerſum, non ſolum ſuppoſiti, ſed & naturæ diſtinctionem important, quocunque genere accipiantur.

Quod ſi vnam perſonam ab alia diuerſam apud probatos Auctores interdum legas: cũ S. Thoma, diuerſum pro diſtincto accipiendum eſt.

Multo magis cauendum eſt, ne dicamus, vnam perſonam ab alia diuiſam, aut ſeparatam; cum ob vnitatem naturæ, ſubſtantiæ, & eſſentiæ, totus in Verbo Pater, & totus in Patre Filius, eodemq; modo Spiritus ſanctus in vtroque eſſe dicatur: ſintq; ſemper omnes perſo-

S. Aug. li. 7. de Trin. c. 2. & 6. & l. 8. in principio.
s. Damaſc. l. 1 orth. fid. c. 2.
S. Leo ſer. 1. 2. & 3. de Pent.
S. Tho. p. p. q. 32. a. 2. & 3.
s. Leo ſer. 1. 2. & 3. de Pent. & Tract. adu. Eutyche. &c.
a Conc. Tol. 11.
Concſ. Vvormat. ſub Hadriano II.
S. Hilar l. 1. & 9. de Trin. cir. med. & in lib. de ſynod. con. Arian. s. Aug. l. de fid. ad Petrum cap. 1.
S. Tho. p p. q. 31. a. 2. & 4.
b Cõc. Later. ſub Innoc. III
S. Athan. in ſymbol.
S Leo ſer. 1. de Pent. & hom. de Trãſfigur. Dom.
p. p. q. 36. a. 2. in 7. argum.
c s. Hilar. l. 7. de Trin.
S. Baſil. hõ. de fid. li. 1. & 2. con. Eunom.
S. Aug. lib. 7. de Trinit. c. 4. & 6.
a. Leo ſer. 1. 2 & 3. de Pent.
s. Damaſc. l. 1. orth. fid. c. 7.

perſonæ ſimul duratione, quæ eſt æternitas; & loco, ob immenſitatem, quæ idem eſt cum eſſentia, ſeu ſubſtantia diuina, vna, eademq́; exiſtens in tribus perſonis: ob quam eſſentiæ vnitatem, neceſſe eſt ſimul ſemper eſſe diuinas perſonas.

Illud etiam ſummopere curandum, ne illis vtamur vocibus, quibus vna perſona excludi poſſit a conſortio diuinitatis, aut aliorum, quæ abſoluta ſunt, prædicatorum; vt, ſolus Pater eſt Deus, aut intelligens, ſolitarius, aut vnicus,

Ne videamur prædicata toti Trinitati cōmunia vni tantum perſonæ tribuere, alias excludendo.

Dico ſecundò. Prædicatum proprium vnius perſonæ, ſi comparetur cum prædicatis proprijs aliarum perſonarum, non poteſt de illis prædicari, neque in concreto, neque in abſtracto: non enim poſſumus dicere, Pater eſt Filius, vel filiatio, ſeu paternitas eſt filiatio: & ita de omnibus diuinis perſonis, proprietatibus, ac relationibus eſt diſcurrendnm. Nam auferretur diuinarum perſonarum diſtinctio, contra fidem, manifeſtis ſcripturis, ac traditionibus ſemper, & vbique ab omnibus orthodoxæ, & apoſtolicæ communionis Profeſſoribus receptam.

Dico tertiò. Si relationes, vel perſona-

S.Tho p.p. q. 27. ar 1, & q. 31.a.2.
Cōc. Tol. 11.
Conc. Vvormat. ſub Hadriano II.
Oſi. Cordub. l.2.Nic.ſynod
S.Leo ſer. 1.2. & 3. de Pent. & Tract.adu. errores Eutychet.&c.
S.Baſil.l.2.cō. Eunom.
S. Athan.in ſymb.
S.Damaſc.l.1 ort.fi.c.2.6.7. 8.9.10. & 11.
S.Hilar.l.4.& 7. de Trin.
S.Tho.p. p.q. 31.ar.2.

Conc. Tol.11.
Conc. Later. ſub Innoc.III

Mat.28. Io.14
1.Ioā.4. & 5.
Symb. Apoſt.
S. Cypr. in præf. ad Cornel. Pap.
S. Athan. in ſymb.
Naz. orat.13. & 23.

Hymn.ſs. Ambroſ. & Aug. s. Leo ſer. 1. 2. & 3. de Pent. S. Bern. ſer. 3. in vig. Natal. Dom. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 6. & ſeqq. s. Aug. li. 7. de Trin. c. 6. S. Bern. li. 5. de conſid. c. 7. & 8. s. Tho. p. p. q. 28. a. 2. Magiſt. in 1. diſt. 25. S. Tho. p. p. q. 39. ar. 5. ad 5.

les proprietates comparentur cum eſſentia diuina, & prædicatis abſolutis, poſſunt de illis prædicari.

Verum eſt enim dicere, paternitas re ipſa eſt eſſentia diuina, & eſſentia diuina re ipſa eſt filiatio, ſpiratio, & proceſſio: quia inter hæc re ipſa nulla eſt realis, & actualis diſtinctio, cum nulla ſit relatiua oppoſitio: & veræ ſunt iſtæ enunciationes. Eſſentia eſt Pater, qui generat. Eſſentia eſt Filius, qui generatur. Et eſſentia eſt Spiritus ſanctus, qui procedit: & vice verſa. Pater eſt eſſentia, quæ non generat. Filius eſt eſſentia diuina, quæ non generatur. Et Spiritus ſanctus eſt eſſentia, quæ non procedit.

Neque eſt aliqua contradictio in his propoſitionibus. Nam contradictoriæ enunciationes ſunt illæ, in quibus idem de eodem ſecundum eandem rationem affirmatur, & negatur; vt iſtæ ſunt contradictoriæ. Pater generat, & Pater non generat. Filius generatur, & Filius non generatur. Spiritus ſanctus procedit, & non procedit; quæ ſimul veræ eſſe negantur, & falſæ omninò aſſeruntur. Fidei enim directè, & ſibi inuicem contradictoriè opponuntur.

Neque valet inferre. Pater eſt res, quæ non generat, & Pater eſt res, quæ generat. Ergo Pater generat, & Pater non generat.

Nam

Nam quando dicitur, Pater eſt res, quæ non generat; res accipitur pro eſſentia diuina, & abſolutè.

Quando vero dicitur. Pater eſt res, quæ generat; res accipitur pro perſona: atque ita variatur ſuppoſitio.

At cum dicitur. Pater generat, & Pater non generat; idem de eodem ſecundum eandem rationem affirmatur, & negatur. Et ideo hæ poſteriores enunciationes ſunt contradictoriæ, illæ non item.

S. Aug. lib. 1. de doct. Chriſtian. c. 5. t. 3. S. Tho. p. p. q. 39. art. 3. ad 3. Conc. Later. ſub Innoc. III ca. dam. s. Aug. li. 1. de doctri. Chriſtiana c. 5. t. 3. Magiſt. in 1. diſt. 25. s. Tho. p. p. q. 39. art. 3. ad 3. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 16.

Quam ob rationem rectè dicuntur diuinæ perſonæ ſunt vna res, abſolutè ſumpto nomine rei, & pro eſſentia. Et ſunt tres res, relatiuè ſumpto, vel perſonaliter nomine rei: quod cum ſit tranſcendens, accipi poteſt & pro eſſentia, & pro relationibus, proprietatibus, atque perſonis.

Verum cautè hoc nomen, Res, numero multitudinis eſt de diuinis perſonis pronunciandum, & ad relationum, hypoſtaſeon, ac perſonarum tantum ſignificandam diſtinctionem.

Ens autem, cum non ſit minus tranſcendens, quàm res, dicitur enim non ſolum de rebus omnibus; ſed etiam de modis, & differentijs rerum: quia non ſolum dicimus verbi gratia, ſubſtantia eſt ens, ſed quælibet ſubſtantia, & quilibet ſubſtantiæ modus, &

diſ-

differentia eſt ens.

Et ita de accidentibus, & modis accidentium.

Non diceremus tamen ſine addito, perſonæ diuinæ ſunt tria entia.

Ens enim cum vt plurimum accipiatur vt concretum exiſtentiæ, vel eſſentiæ; ne viderer in Deo multiplicare eſſentiam, & exiſtentiam, quæ in Deo eſt vna, ſemper adderem, dum proferrem, perſonæ diuinæ ſunt tria entia, relatiuè, vel perſonaliter ſumpto entis nomine, non autem abſolutè.

Bellar. li. 2. de Chriſto c. 16.

Quinimo, ne paulatim vſu reciperetur hic modus loquendi, in quo tegi poteſt error, abſtinerem omninò, & tantummodo neceſſitatè, vel argumento compulſus, cum diſtinctione dicta vterer hoc dicendi genere. Sed abſolutè relinquendum cenſerem.

Concil. Gñal. & Prouincial. t. 1. Baron. Anno Dom. 357. Bellar. li. 1. de Concilijs c. 6. ὁμοούσιον

Idq; exemplo Patrum in Concilio Sirmienſi ſub Liberio Primo docemur, qui noluerunt admittere Fidei profeſſiones, quantumuis verbis Scripturæ conceptas, ex eo tantũ, quod, homouſion, dictio relinqueretur, ſine qua etiam Scripturæ verbis, errorem tegi poſſe ab ijs, qui verbo Dei abutuntur, Sancti Patres exiſtimarũt: a quibus verba diuina quãtà ſint religione ſumenda, diſcere poſſumus.

a 2. Cor. 3.

Quin etiam Apoſtolus [a], non tam litteram abſque vero ſenſu occidentem, quàm

viui-

viuificantem ſpiritum, ſeu ſententiam conſiderandam, admonet.

Hinc etiam colligere poſſumus, quàm prudenter faciant ij, qui apud Sanctos Patres, ac probatos Auctores corde ſimplici, ac pura mente prolatas voces abſque iniuria relinquunt, ſi quando ijs errorem tegi poſſe aduertant; vel ad verum ſenſum pia interpretatione trahunt.

Et cum hypoſtaſis, apud Græcos idem ſonet, quod apud Latinos, ſubſtantia; ad errorem vitandum, interdum Latini abſtinuerũt dicere tres hypoſtaſes, ne cogerentur dicere tres ſubſtantias; cum ſubſtantiæ[a] nomen pro eſſentia ſumatur, quæ in tribus perſonis eſt maximè vna.

Dico quartò. Actus, qui abſolutè dicuntur de Deo, ſiue ſignificent actionem immanentem, vt intelligere, & velle, ſeu tranſeũtem, vt creare, producere, iuſtificare, & ſimiles, poſſunt de omnibus, & ſingulis perſonis prædicari: eſto qui pertinent ad potentiam Patri, qui ad intellectum Filio, qui ad voluntatem, & amorem Spiritui ſancto tanquam appropriata tribuantur.

Dico quintò. Actus notionales, qui ſunt in Deo actus immanentes, & vt loquuntur, actiones ad intra, non poſſunt de eſſentia prædicari.

s.Tho.p. p.q. 39 a 4 ad 4. Cõc. Alexan. ſub Liber. I. An. Dñi 362. Concil. general. & Prouincial. t. 1. Naz. orat. 21. de laudib. ſancti Athanaſij. s.Hier. ep. ad Damaſ. quoniam vetuſto. s. Aug. li. 5. de Trin. c. 9. Beda in l. Boetij de Trin. S.Tho. p. p.q. 39. ar. 3. ad 2. a: Ariſt. in li. prędicament. c. de ſubſtan. S.Tho. p.p. q. 39. a. 2 Bellar. li. 2. de Chriſto c. 4.

S.Aug. li. 7. de Trin. c 2. & 3: s.Tho. p. p.q. 3. a. 1. ad 1. & q. 39. a. 7. & 8. Magiſt. in 1. diſt. 10. & 35.

Non

Conc. Later. ſub Innoc. III s. Aug li. 7. de Trin. c. 1. & 6. Magiſt. in 1. diſt. 5. s. Tho. p. p. q. 39. a. 5. Bellar. li. 2. de Chriſto c. 7. & 8.

Non enim poteſt dici, eſſentia diuina generat, aut generatur, ſpirat, aut procedit; quia eſſentia diuina perſonis comparata, nō eſt illis relatiuè oppoſita.

Eodem modo, & ob eandem rationem, actus notionales de alijs attributis abſolutis prædicari non poſſunt.

Non enim dici poteſt, aut intellectus generat, aut voluntas ſpirat Spiritum ſanctum: quia inter intellectum, & Filium non eſt relatiua oppoſitio: ſicut nec inter voluntatem, & Spiritum ſanctum.

s. Aug. li. 7. de Trin. cap. 2. & ſeqq. s. Tho. p. p. q. 34. ar. 3. ad 1. & q. 41. ar. 4. ad 3. Bellar. li. 1. de Chriſto c. 6. & l. 2. c. 16.

Intellectus enim, & voluntas ſunt idem cum eſſentia diuina, quæ in tribus perſonis ita eſt vna, & eadem, vt nec etiam a perſonis, aut proprietatibus perſonalibus diſtinguatur.

Quod ſi quæras, cur poſſit dici intellectus intelligit, voluntas vult: non tamen dici poſſit, intellectus producit, aut dicit Verbum: & voluntas ſpirat, aut producit Spiritum ſanctũ.

s. Hiero. in interpret. lib 1. Didym. de Spiritu s. S. Aug li. 7. de Trin. c. 2. 3. & 4. l. 15 c. 14. 15 & 16. & li. 3. con. Maximi. cap. 13.

Reſpondetur, quando dicimus intellectus intelligit, & voluntas vult, non ſignificamus intelligendi actum eſſe diſtinctum ab ipſo intellectu; ſicut nec voluntatis actum a voluntate: ſed ratione noſtri modi concipiendi intellectus ſignificatur per modum potentiæ, & intelligere per modum actus, cum tamen in Deo idem ſit intellectus, & intelligendi

gendi actus: idemq; de voluntate dicendum. S.Tho.p p. q. 14.ar.4 q.18. art.3.& q.34. ar.2.
At generare, & dicere, ſeu ſpirare, ſecum ferunt relationem dicentis, ſeu generantis Filium, ſpirantis, aut producentis Spiritum ſanctum, quæ relationes non ſunt in intellectu ad Filium, nec in voluntate ad Spiritum ſanctum; verum in Patre generante ad genitum Filium; & in ſpirante Patre, ac Filio ad Spiritum ſanctum. Bellar.li 2.de Chriſto c. 12. & 26.

Et ideo non poteſt dici, aut intellectus generat, aut voluntas ſpirat.

Quemadmodum dicimus, intellectus intelligit, & voluntas vult, aut amat: quamuis in Patre dicente intellectus ſit principium quo, generandi; & intelligendi actus, quatenus connotat relationem dicentis, ſit actio, qua Pater dicit Verbum, ſeu generat Filium. S.Tho. p.p.q. 34.ar.1.q 37. a.1.ad 4.& ar. 2.q.41.a.2.ad 5. Bellar. li.2 de Chriſto c. 13.

Eodem modo philoſophandum eſt de voluntate, ac voluntatis actu, quatenus connotat in Patre, Filioq; relationem ſpirantis, ſeu ſpiratoris: vt in hoc Tractatu [a] alibi explicatum eſt. [a] c.1.quæſ.6. & c.6.quæſ.3.

Dico ſextò. Actus notionales non prædicantur de relationibus, aut proprietatibus perſonalibus abſtractè ſumptis: dici enim nõ poteſt, paternitas generat Filium, aut dicit Verbum, aut filiatio gignitur. S.Tho. p.p.q. 40.art.1. in 3. argum.

Nam actiones iſtæ perſonis tantum tribuuntur, quæ non ſunt ſola relatio, ſed in- S.Tho. p.p. q. 40.a.1. ad 3.

earum conceptu formali, tam relationem, quàm eſſentiam, ſeu ſubſtantiam includunt.

Boet lib.de duab. natur. S.Tho. p. p.q. 29.ar.1.

Dicitur enim perſona naturæ intellectualis indiuidua ſubſtantia.

Ex his, quæ dicta ſunt, facile intelligere poſſumus, quod fide docemur, quomodo ſcilicet vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur; ſine quo, cum nulla veri, nulla boni, nulla ſalutis cura eſſe poſſit, liceat nobis, qua decet humilitate, ac fide, a te, ò ſancta, & indiuidua Trinitas vnus Deus, petere, quod VRBANVS VIII. vicarias Chriſti partes in terris agens, his verſibus petijt.

Eleg. quæ incipit. Prætereunt Anni.

Fac precor, vt recolens noctesq; diesq; requirat
Te mea mens vnum cogitet, optet, amet.

FINIS.

BIBLIOTECA